

NEANDER, MICHAEL

Historiola ecclesiae sive populi dei, politiae eiusdem et rerum praecipuarum, quae in illo populo acciderunt...usque ad novissimum urbis Hierusalem...excidium... / collecta et excerpta depraelectionib

u.o. [Lipsiae?]
1586

EOD – Miljoner böcker bara en knapptryckning bort. I mer än 10 europeiska länder!



Tack för att du väljer EOD!

Europeiska bibliotek har miljontals böcker från 1400-till 1900-talet i sina samlingar. Alla dessa böcker går nu att få som e-böcker – de är bara ett musklick bort. Sök i katalogen från något av biblioteken i eBooks on Demand- nätverket (EOD) och beställ boken som e-bok – tillgängligt från hela världen, 24 timmar per dag och 7 dagar i veckan. Boken digitaliseras och blir tillgänglig för dig som e-bok.

EOD bokens fördelar!

- Få samma utseende och känsla som med originalet!
- Använd ditt standardprogram för att läsa boken på skärmen, zooma och navigera genom boken.
- Skriv ut enstaka sidor eller hela boken.
- *Sök*: Använd fulltextsökning för enskilda fraser.
- *Klipp & klistra*: Kopiera bilder och delar av texten till andra applikationer (t.ex. ordbehandlingsprogram).

Villkor för användning


Genom att använda EOD-tjänsten accepterar du de villkor som ställs av biblioteket som äger den aktuella boken.


- Villkoren på svenska: <http://books2ebooks.eu/odm/html/nls/sv/agb.html>

Fler e-böcker

Redan nu erbjuder 30 bibliotek från 12 europeiska länder denna service. Mer information finns tillgängliga via <http://books2ebooks.eu> alla boken.

- <http://search.books2ebooks.eu/>





Ex Bibliotheca,
Illustrissimi Principis,
Domini, Dñi Petri
VoK, Ursini, Domini
Domus à Rosenberg,
Ultimi & Senioris, & e
Primatibus Bohemorum
cellissimi, et antiquis:

ANNO CHRISTI
M. DC. IX.

E. G. S. F.

Kungl. Biblioteket
STOCKHOLM

Hist.


Allm.

RAR

289 Pro. / 22 25

RARITETS-

KUNGLIGA BIBLIOTEKET



KUNGLIGA BIBLIOTEKET

KAMMAREN

NEANDER, M.
Lidsia 1586

HISTORIOLA

ECCLESIAE SI-
VE POPULI DEI,
POLITIAE EIVSDEM,

& rerum præcipuarum, quæ in illo po-
pulo acciderunt: Patribus primùm in œco-
nomia, schola & politia gubernantibus omnia, de-
inde Assyrijs, & Chaldejs, Persis, Alexandro Ma-
gno, Græcis siue Macedonibus, & tandem Roma-
nis, in prima, secunda, tertia, & quarta Monar-
chia imperantibus, à conditis rebus humanis, vsq;
ad nouissimum vrbis Hierusalem & gentis Iudaicæ
horribile excidium, cum indicatione etiam auto-
rum Græcorum atq; Latinorum veterum

atq; recentium, vnde sequentium tem-
porum vsq; ad repurgatam do-

ctrinam à Theandro Luthe-
ro Ecclesiæ historia


peti ac cogno-
sci possit.



Collecta & excerpta de præ-
lectionibus & annotationibus Mi-

CHAELIS NEANDRI

Sorauienfis.



II

A

D.

T

co

ro

fil

G

di

fo

n

st

M

d

st

st

al

n

st

ILLVSTRIS

AC GENEROSI

D. D. IOANNIS GVN-

THERI Comitis imperij Romani,
comitis in Suuartzburg, &c. gene-

rosi ac optima generosaq; indole
filijs, D. GVNTHERO & D. AN-

TONIO HEINRICO, comi-

tibus iunioribus in

Suuartzburg.



Illustres ac gene-
rosi comites Domini atq;
patroni omni obseruan-
tia studio mihi honoran-
di atq; colendi, tum aliunde cogno-
scere potestis, tum etiam de sermo-
nibus quotidianis, & pia sedulaq; in-
stitutione præceptoris vestri Andrea
Marderstegij, viri, quod aiunt, eru-
diti, ac formandæ iuuentutis indu-
strii artificis animaduertere, ac si de-
sunt aliæ occasiones è nostris etiam
aliquot libellis neq; indignis vobis,
neq; ineptis prorsus addiscere potui-
stis, non probandam esse vocem Cy-
clopica,

P R A E F A T I O .

clopicam, quæ aliquando in aulis
maiori etiam voce afferitur, non de-
cere principem literas, qui satis eru-
ditus ac aptus sit ad omne imperium,
si equitare modò rectè didicerit.

Quòd autem decus sit summum
in principe viro excultum esse pieta-
te, doctrina & literis, causæ sæpe alibi
recitantur copiosius, & docuit id suo
exemplo Philippus Macedo, Alexan-
dri illius, non sine causa, Magni pater,
qui cùm intelligeret, quantum in se
in illo sit, vt princeps à puero mox
rectè instituat, & summo eius ata-
tis philosophi Aristoteli, tenellam
Alexandri atatem erudiendam in om-
ni doctrinarum genere, tradidit, &
porrò valdè sibi gratulatus est, filij
sui natiuitatem, & atatem aptam nunc
ad discendum, incidisse in Aristote-
lis tempora, sic enim ipse scribit in
epistola quadam ad Aristotelem,
quam & Gellius commemorauit, vt
dignam, quæ & in omni memoria ma-
neret, & à viris doctrinæ eruditæ cu-
pidis omnibus atatibus legeretur. Ac
illa de causa, & quia non vulgò nota
est, non grauabor vobis quoq; & pu-
iuentuti eam huc adscribere.

Epistola

PRAEFATIO.

Epistola verba sunt lib. 9. cap.
 3. noctium Atticarum. ἐπιτομή Ἀρι-
 στοτέλου χαίρειν. Ἰδιμοι γεγονότα ἡὸν.
 Παλλῆρ οὐρ τοῖς θεοῖς χάριμ ἔχω, οὐχ
 οὐτως ἐπὶ τῆ γεννήσει τ' παίδος, ὡς ἐπὶ
 τῶ κατὰ πλὴ σὺν ἡλικίαν αὐτῶν γεγονέναι.
 ἐλπίζω γὰρ ὑπὸ σ' ἔσοφέντα καὶ πα-
 ρουθέντα ἀξιόρ' εἶδει, καὶ ἡμῶν, καὶ τῆς τῶν
 πραγμάτων διαδοχῆς.

Ac ipse Alexander, eodem auto-
 re referente, cū doctrina anteire
 alijs principibus mallet, quā copijs,
 potentia atq; opibus, non sine causa
 expostulat cum praeceptore, quod &
 communes cum omnibus fecerit, in
 vulgusq; ediderit publicatos ἀεροα-
 μαντικοὺς libros, quos sibi conscrip-
 ptos à praeceptore, non volebat legi
 ab alijs, cū multum ad decus & ex-
 istimationem suā pertinere arbitra-
 retur, vt solus excelleret in illa doctri-
 na sublimi, ac sapientia erudita, quae
 ab Aristotele ibi fuerat tradita, hoc
 agens ab illo mox tempore, quo prae-
 ceptori formandus atq; erudiendus
 traditus fuerat, vt possit: αἰὲρ ἀρι-
 σεύειν, καὶ ὑπέροχον ἔμμεναι ἀλλωρ.
 Ἀμφότερον βασιλεὺς ἀγαθὸς, κρατερός δ'
 ἀρχικτῆς. μύθων μὲν ἔκτῆς ἔμμεναι,
 Ἀ 3 πρῆκτῆς

PRAEFATIO.

πρηνετις δε καὶ ἔργων, quomodo Ho-
merus multò ante, quod ipse Alexan-
der existimat apud Plutarchum, illis
versibus, de Alexandro nec dum na-
to, fuisset vaticinatus.

Epistola verò Alexandri ad præ-
ceptorem Aristotelem his verbis scri-
pta repetitur lib. 20. cap. 4. Gellij.
Αλέξανδρος Ἀριστοτέλει εὐπράτηρ, οὐκ
ὀρθῶς ἐποίησας ἐκδούξ τοὺς ἀκροαταν-
τικοὺς ἢ λόγων, ἢνι γὰρ ἔτι διαίσα-
ρμι ἡμεῖς τῶν ἄλλων εἰ καὶ οὐκ ἐπα-
δ' ἐυδημερ λόγους οὗτοι πάντων ἕσονται
κοινοί, ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἄρ τὰς πε-
ρὶ τὰ ἄριστα ἐμπερίαις, ἢ ταῖς δυνάμε-
σι διαφέρειν. Εἰξῆωσο.

Ac quæ de Hercule, Achille, Ia-
sone Thessalo Argonautarum prin-
cipe, Chironis Centauri in Thessalia
celebratis discipulis, quòd omni do-
ctrina fuerint exculti, ab ipsis vsq; in-
cunabulis, à celeberrimo eius ætatis
præceptore, à quo non modò mores
honestos, & literas cæteras, sed etiam
ne quid deesset institutioni eorum, in
physicis atq; arte medica, fuerint se-
dulò edocti, é Xenophonte, Apol-
lonio Rhodio atq; Pindaro notiora
sunt,

PRAEFATIO.

sunt, quàm vt hoc loco repeti & inculcari debeant odiosè,

Iason Thessalus quarta ode Pythiorum Pindari recitat annos viginti consumpsisse se in schola Chironis, cum veterum heroum liberi illo tempore tam diu patientes disciplinæ scholasticæ essent: Interea verò delectū probitati, modestiæ atq; literis, neq; verbum vllum præceptoris sui audiuisse, quod potuisset offendere iuueniles aures, neq; se etiam turpe aliquod verbum prolocutum fuisse, cum meliora quotidie à præceptore disceret:

ἔϊκασι, inquit, ἐκτελέσας
ἐνιαυτούς, οὐτ' ἔργον
οὐδ' ἐπὶ ἐνθάπελον
κείνοισιν εἰπῶν, ἰκόμαρ
οἴκαδ'.

Ac habetis recentia illustria exempla multorum vestri ordinis principum, comitum, dominorum, baronum atq; nobilium, in quæ nos intueri decet, cum literæ horum alios non modò illustriores & famigeraiores fecerint, sed de his alios etiam in aulis magnorum principum ad honores, dignitates atq; opes immen-

PRAEFATIO.

fas prouectos extulerint, qui in ob-
scuro manentes, nunquam fuerant
ad illud fastigium emerfuri, si literas
non didicissent.

Sed id genus neq; præceptis neq;
exemplis nobis opus est. Vt verò ve-
stra sponte incitatis calcar adderem,
ac hac ratione aliquid de meo in vos
studio & obseruantia testatum face-
rem, mitto vobis nunc tandem libel-
lum, superiori anno promissum, ita
continua orationis, temporum atq;
rerum certa serie deductum & con-
textum, vt *χεραγωγία* facilis sit qua-
dam & expedita, vt cum librum, qui
solus καὶ ἕξοχῆς liber βιβλίον seu
βιβλία dicitur, hac manuductione
facili, plana atq; methodica inuitati
& adiuti legere aliquando possitis,
cum de illo solo, seorsim vestri ordi-
nis hominibus Spiritus sanctus præ-
cipiat Deuteronomij 6. Ac Iosuez,
cum illi gubernatio populi Dei de-
mandaretur post defunctum Mo-
sen, clarè dicitur cap. 1. Non rece-
det volumen legis huius ab ore tuo, sed me-
ditaberis in ea diebus ac noctibus,
vt custodias & facias omnia, que
scripta

P R A E F A T I O .

Scripta sunt in eo: tunc diriges viam
tuam, & intelliges eam.

Ac iterum: Erunt verba hæc, quæ
ego præcipio tibi hodie, in corde
tuo: & narrabis ea filijs tuis, & me-
ditaberis sedens in domo tua, & am-
bulans in itinere, dormiens atq; con-
surgens. Et ligabis ea quasi signum in
manu tua, eruntq; & mouebuntur in-
ter oculos tuos, scribesq; ea in limine
& ostijs domustux. Vt hac ratione
Deus colatur & laudetur & inuocetur,
& regnum eius propagetur, &
prædicetur pariter ab omnibus prin-
cipibus & subditis, cum sic singuli &
vniuersi conditi, regenerati & redem-
pti simus. Ac de vobis à pueritia mox
in pietate, doctrina erudita, ac omni
sapientia rectè institutis, totus popu-
lus subditi vestri pleno ore sibi gratu-
lari, ac vtracq; manu prædicare, ac læ-
tantes verè recitare aliquando & v-
surpare de vobis possint, illud Spiri-
tus sancti piorum principum præco-
nium Ecclesiastæ 10. Beata terra, cui-
us rex nobilis est, & cuius principes
vescuntur in tempore suo, ad refici-
endum, & non ad luxuriam, vt nunc
ferè in aulis luxu perditis alicubi
A S. estur.

PRAEFATIO.

iam antè non ad creaturæ efferentis, sed ad ipsius omnium creatoris possessionem pertinere. Atq; hætenus Philo.

Quod superest, illustres ac generosi Domini, DEVM oro, vt vos ad omnia præclara & excellentia natos, illustris ac magni patris sobolem, & qui in pietate atq; literis de sapiente consilio, & clemente paternaq; voluntate illustris patris vestri, sub erudito & industrio præceptore magno cum successu, neq; sine admiratione celeriter proficitis, clementer tueatur, gubernet & regat, vt quomodo capistis hætenus, etiam deinceps feliciter capta studia pertexatis, & persuasum vobis habeatis, nihil patrem vestrum illustrem & laudatum vobis suis filijs præclarius, nihilq; præstantius, maiusq; & dignius relinquere posse, quam pectus imbutum sedulo pietate, honestis moribus atq; literis.

Ac ne longum faciam, me etiam clientulum vestrum, quod facitis hætenus, nullo tempore clementia illa vestra solita clementer complecti desinite, & opellam hanc nostrâ, quam cum vestri illustris nominis mentione

PRAEFATIO.

in publicum venire volui, perpetuam
indicationem in vos studij mei, amo-
ris atq; benevolentiae sempiternae a
me clementer accipite, & aliquando
de iudicio praëptoris vestri, pagel-
las illas quamuis tenues, deformes &
rudes nihilominus aspiciate, idq; cle-
menter neq; grauâtê facite.

Σὺ δὲ ἀίματος ἀγαθοῦ εὐγενὲς τε καὶ
καλὸν τέκνον
σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δόξαι ὅσα φρεσὶ σῆσι με-
νοιᾶς
ἔπι μάλ' ἐπέλας, καὶ τοὶ ὄμιλον ἔπλε-
το Νυμφῶν,

Amen ex Ilfelda Τάχισον.

v. C. I.

Reuerenter colens

Michaël Neander.

Locus

Locus Philonis in libro de planta-
tione Noë, Græcè his verbis le-
gitur: παλαῖος ἔσθ' ἄδελφαι λόγῳ ὑπὸ
μυσοφῶν ἐγρεθείς, μνήμη ᾧ (οἷα οὐκ ἔστι)
κατὰ Διαδοχὰς παραδοθείς τοῖς μετέπα-
τα, οὐδὲ τὰς ἀαλύχνας παυθείας, ἡμε-
τέρας παρῆλθεν ἀκοῆς. ἐσι δὲ τοῖσ' αὖτε,
ἡνίκα φαί, τὸν συμπαντὰ κόσμον ὁ
παιτὴς ἐπέλεσφορῆσεν, ἐνός ἦν ὑφορη-
τῶν ἐπίθετο, εἴτε ποτὶ μὴ γινόμενον
ἦν ὅσα κατὰ γῆς καὶ καθ' ὑδάτων, ἢ
ὅσα κατὰ πλῆ μεταστομ ἀέρος ἢ πλῆ
ἐσχάτῳ τῷ παντός φύσιν οὐρανῶ γέγα-
νερ: ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, τέλει μὲν καὶ πλη-
ρη πάντα διὰ πάντων, εἶναι. ἐν δὲ μόνον
ζητῶν, τὸν ἐπαινέτω αὐτ' λόγον, ὅς τας
ἐν πᾶσι καὶ βραχυτάτοις καὶ ἀφαν-
εστάτοις δοκῶσιν ὑπερβολὰς, οὐκ ἐπαινέσει
μόνον, ἢ ἐξαγγελῆ. τὰς γὰρ διηγι-
σας ἦν τῶ δεῦ ἔργων, αὐτῶ κρείστον
ἐκείνων ἐπαινον εἶναι, προσθήκης οὐδ' ἐμῶς
ἔξωθεν εἰς κόσμον δεομόνων, ἀλλὰ τὸ
ἀφενδῆς τῆς ἀληθείας τελεότατον ἐχόν-
των ἐγκώμιον. ἀκούσαντα δὲ πατέρα τῶ
παιτός τὸ λεχθέν ἐπαινέσαι, καὶ οὐκ ἐξ-
μακρῶν τὸ πάμπαν καὶ ὑμνητικῶν
ἀναφανῶσ' γόνῳ. ἐκ μίᾳς ᾧ ἦν περὶ
αὐτ' δυνάμεων, παρθένης μνήμης, ἢ μνη-
μοσύνην παραξέποντες εἰ πολλοὶ τὸ ἴδιον
μα καλῶσιν. ὁ μὲν οὖν ἦν παλαιῶν μνη-
σῶν

λέγον
μὲν ἐν
δὲ ἔξω
τις αὐ
ἦν αὐ
τῶ πᾶ
ζῶσης

Ὡς ἔχα. ἐπόμενοι δὲ ἡμεῖς αὐτῶν
λέγομεν, ὅτι οἰκαστότατον ὄζειν ἔργον, θεῶν
μὲν εὐεργετῶν, γένεσιν δὲ εὐχαριστῶν, μικ-
ρὸν ἔξω τῶν πλείων ἢ εἰς ἀμοιβῶν ἀν-
τιπραχῶν δυναμένων. ὁ γὰρ ἀρδεύσῃ
ἢ ἄλλων ἀντιχαρίζεσθαι, τῶν εὐεργετῶν
τῶν πάντων πεποικνότερος, ἀλλ' οὐ κομι-
ζέσθαι φύσεως κτήμα ἰδίου.



A D
ca

AD ILLVSTRIS
 AC GENEROSI D. B. I. O.
 ANNIS GVNTHERI, Comitis im-
 perij Romani, comitis in Schvartz-
 burg, &c. Generosos & dilectos fi-
 lios, D. GVNTHERYM & D. AN-
 TONIVM HENRICVM, Co-
 mites iuniores in Schvartz-
 burg, &c.

Chrono-
 graphia.

Historiã veteris pingūt sub imagine forma,
 Quæ duo rugosa lumina fronte gerat.
 Totius hæc vno perlustrat tempora mundi,
 Et memori serie singula facta notat.
 Sic annis pariter noua secla prioribus addit,
 Atq; oculis homines ista videre facit.
 A Ioue mortales quondam petiisse feruntur,
 Aetatem possent vt renouare suam.
 Annuit his placidus votis Saturnus, atq;
 Pigro isthæc asino dona ferenda dedit.
 Hic sitis impatiens, huius quoq; ponderis, hydro
 Exigua munus vendidit istud aqua.
 Nunc renouat posita serpens cum pelle senectam,
 Sed miseros senium nos velut ante premit.
 Attamen historia fructus hæc damna rependunt,
 Qua spacium vitæ longius ire potest.
 Nam celeri intuitu primaeva ab origine rerum
 Omnia continui temporis acta docet.
 Sic per prisca animo lector monumenta vagatur,
 Et veluti præsens facta priora videt.

Adde

Adde quod
 Laudibus
 Verarum
 Quæ va
 Estq; vetu
 Harum
 Alter in his
 Est ocu
 Scilicet hu
 Illarum
 Propria qu
 Explora
 Iste Geogr
 Quant
 Quam fore
 Sic hon
 Sic queat
 Quæ lo
 Thessala lu
 Parna
 Quæq; suis
 Atq; Pa
 Ignor asq;
 Pate ere
 Hic impun
 Et quod
 Quod gra
 Ac tam
 Heis mihi
 Et vano

Adde quod hic aliquis dignis celebratus & au-
Laudibus, eterno nomine viuus erit. (Etus
Verarum rerum lux est, vitæq; magistra,
Quæ variè mentes afficit atq; mouet.
Estq; vetustarum certissima nuntia rerum,
Harum posteritas vi meminisse queat.
Alter in historia lauda sub fronte coruscans
Est oculus mundi, qui loca cuncta capit.
Scilicet hunc orbis partes diffundit in omnes,
Illarum spatium denotat atq; situm.
Propria quæ populi, quæ sit natura locorum
Explorat, magne commoditatis opus.
Iste Geographici studij quæ commoda vitæ,
Quanta voluptatis pondera, gustus habet.
Quam foret humana res hæc gratissima menti,
Sic homo in angelico crederet esse choro.
Sic queat instar auis celeri penetrare volatu,
Quæ loca quintuplicis circulus orbis habet.
Thessala lustraret tempe, lustraret Olympum,
Parnassi peteret, vel tua Pinde iuga.
Quæq; suis pedibus CHRISTVS vestigia pressit,
Atq; Palæstini mœnia sancta soli.
Ignotasq; sibi plures inuiseret oras,
Pasceret hac oculos vt ratione suos.
Hic impune potest conari talia lector,
Et quocunq; volet carpere tutus iter.
Quod grauius faciet sine sumibus atq; periculis,
Actamen istud iter commoda plura feret.
Heu mihi quam multi loca per peregrina va-
Et vano studio Caspia regna vident. (cantur,

Topogra-
phia & Geo-
graphia.

Historia
sacra.

Sed redeunt nummis exhausti & viribus inde,
Sapeq; mens etiam nequior inde redit.

Hic animus vero virtutum exempla capessit,
Vnde salutare mens habet ipsa cibum.

Attamen ex sacra longe prestantior usus
Historia petitur, qui sine fine manet.

Optima ventura depingit secula vita,

Et supera que sint in regione domus.

Vnde pia capiunt certissima gaudia mentes,
Gaudia in eternos non peritura dies.

Que modo proponunt huius vestigia ludi

In fumos abeunt scripta profana leues.

Hic aliquis verò non lustrat Thessala tempe,

Celsaq; non Ossa per iuga querit iter:

Celica sed tempe, supremum scandit olympum,

Sacra vbi Diuum Numinis ora videt.

Hic poterit tuto sanctum spectare sepulcrum,

Cunas, CHRISTE, tuas & genitale se-
lum.

Dignus inoblita meritovum Laude NEAN-
DER,

Multa dhu nobis publica scripta dedit:

In quibus & linguas faciles rimatur & artes,

Cunctaq; felici conditione docet.

Chronicon
Neandri.

Nunc Chronicum scripsit, de sacris atq; pro-
phanis

Historijs, magna sedulitate, librum:

Cuius nulla pot est famam delere vetustas,

Seraq; posteritas hac monumenta leget.

Hoc

Hoc etenim

Quaerit

Contineat

Antea

Sed mihi

Laude

Inde pijs

Sapius

Hec vobis

Et ves

Hic breui

Que f

Max inde

Vsq;

Vera qui

Que a

Propterea

Omni

Fortiter a

Et nil

Admonet

Vt cor

Inde sua

Ceter

Cumq; a

Prosp

Ridiculu

Aurea

Hoc etenim scriptum nil non memorabile prodit,
Quaerq; refert, certo singula teste probat,
Continet ex Graecis scriptoribus atq; Latinis,
Antea quae paucis nota fuere libris.
Sed mihi non vis est autorem tollere dignis
Laudibus: artificem res probat ipsa suum.
Inde pij populi contexit acta scorsim,
Sapius ut lector voluere mente queat:
Hac vobis, Comites Generosi, dedicat autor,
Et vestro titulo publicat istud opus.
Hic breuiter magna cum commoditate legetis,
Quae fuerit sancti pristina forma status.
Mox inde à prima surgentis origine mundi,
Vsq; fere ad vitam, sancte LV THERE,
tuam.

Vera quibus nos si signis Ecclesia possit,
Quae didicit soli fidere turba DEO.
Propterea toties varijs iactata periclis
Omni diuinam tempore sensit opem.
Fortiter atq; suos DEVS est tamen vltus in
hostes,

Et nil preualuit vis inimica pijs.
Admonet hac igitur generosas lectio mentes,
Ut cordi vera sit pietatis amor.
Inde sua reliqua virtutes sponte sequentur,
Ceteraq; imprimis principe digna viro.
Cumq; etas rebus vobis erit apta gerendis,
Prospera dexteras omnia facta reget.
Ridiculum fuerit spectanti, si quis asellus
Aurea Phryxæa vellera gestet ouis.

Historia Ec-
clesiastica
eiusdem.

Non minus at turpe est, homo si quis splendidus
Nullis virtutum dotibus auctus erit. (auro
Propterea vigili studio incumbatis honestis
Artibus, vnde venit, gloria, fama, decus.

G. V.

Subditus

Sigisfundus Strophius
(Rector ludi literarij
in inclyta Sundershu-
sa, generosorum com-
mitum à Schuartz-
burg.)



HISTO-

inte
HI S

E



preexisten
cuncta, qu
ninem, pr
nem suam
la ogritu

Qui
dit, se suos
cipites, e
ritate sua

peccati m
temporal
ne cont ab
misonem

mine, co
Adam &
singula &
gloriose s

Illu
turo Cai
dens reg
opibus, m
neris, q

inceptus legi d. 29 Decembr. 1588.

HISTORIOLA I

ECCLESIAE.

IN principio, cum nec Conditio rerum ex nihilo.
dum esset principium, tempus nul-
lum, DEVS ex indebita bonita-
te condidit ex nihilo, ex nulla
præexistente materia cælum & terram &
cuncta, quæ in eis sunt. Condidit tandem & ho-
minem, propter quem omnia fecerat, ad imagi-
nem suam, ut vitam perpetuam beatam neq; vl-
la ægritudine interruptam in terris viueret.

Quia verò Lapsus pri-
morum pa-
rentum. DEVM offen-
dit, se suosq; in omnis generis mala abiicit præ-
cipites, & morti se etiam cum omni poste-
ritate sua reddidit obnoxium. Nam stipendium
peccati mors, id est, omnis generis mala, tum
temporalia, tum æterna. Ne autem desperatio-
ne contabesceret, accepit consolationem & pro-
missionem a DEO misericordæ, de venturo se-
mine, contrituro caput serpentis, fideq; in illo
Adam & posteris eius seruati sunt, & aduersa
singula & vniuersa, quoad superstites fuerunt,
gloriose superârunt.

Illam promissionem autem de semine ven- Regnum
Cainiticum.
turo Cain filius Adæ abiicit, ac à patre disce-
dens regnum peculiare condidit, quod potentia,
opibus, munitioibus, vrbibus, artibus omnis ge-
neris, quas reperit, & reperire iussit, tum panis

Historiola Ecclesæ,

quotidiano, tum etiam luxui & voluptatibus seruiantibus, religione etiam peculiari, impia & idolatriæ instruxit & munxit, & acerrimo odio patrum, seminis siue Christi Ecclesiam persecutus est. Non paucos etiam piorum patrum sustulit, quod idolomanias eius probare neq. uellent, neq. possent.

Fides defini-
nit esse in
terra. *et*

*quare Iosephi
sacrum*

Ac quia opibus & potentia præstabat eius regnum, qui verò in patrum Ecclesia essent pauperes ac eximiosi ferè essent, multuq. modis imitari, ut est ferè hic malis melius quam bonis, multi è patribus nati ac ab illis orti, illa prosperitate Cainitarum offensi, ad idolatriam illam sanguinaria Ecclesia maximo numero defeecerunt, delectati copia & opulentia illa idolatrarum, & pertaxi vitæ superioris, difficilis & molesta, ut pauci superessent, qui Deum verè & rectè colerent, fides autem pusilla superesset in terra, semini promisso Christo suus honos non daretur, omnibus à Cainitis abductis, ad cultus humano arbitrio sine verbo, imò contra verbum & Deum institutos.

Diluuium.

Cum verò Deus aliter tanto malo mederi non posset, totum genus humanum diluuio perdidit, anno à conditis rebus humanis millesimo, sexcentesimo, quinquagesimo sexto. Ac hætenus abstinnerant à carnibus & vsu earundem patres.

NOË autem natus tunc annos sexcentos, quia gratiam apud Deum reperit, ipsam praconem iusticia seruauit in arca, inclusum cum filio Sem, Iaphet & Cham, & horum vxoribus. Ab his egressus post annum ex arca temporis progressu propagata, & nata sunt omnes familia terra, quatuor & πόντος & nunc sunt, sed longissima serie, omnes gentes orbis terra, vbi cunq; etiam & in quibus regionibus, sive in terra, sive maris insulis commoerentur.

Cum vero post diluuium propagato & adaucto plurimum genere humano in oriente vnicuique locus tot homines capere non posset, Noë pater, tunc solus Dominus orbis terra orbem totum filijs tribus habitandum diuisit. Sem natu maximo dedit Syriam & eam orientis partem, quam nunc Asiam maiorem dicimus, quae aliquot regna amplissima terra mariq; complectitur, quemadmodum ista in Geographicis nostris pluribus verbis sunt exposita.

IAPHET natu medio filio dedit possidendam & habitandam Asiam minorem, vbi sunt Ionia, Lydia, Caria & multa alia pulcherrima regiones & terra, quas nunc potenter occupatas tenet singulas & vniuersas Turcicus Tyrannus. In insulas etiam maris mediterranei, & vniuersam Europam, vbi doctrinam sparsit de Christo, de vita eterna, de regnorum mutatione & Ecclesia.

Noë distribuit habitandum tribus filijs orbem terrarum. Sem natu maximus filius.

Iaphet natu medius.

Historiola Ecclesiæ,

Sibyllæ.

Quæ cum ex omnium fere animis elabi inciperet, à Sibyllis. quæ auditores patrum suerunt, est collecta, & versibus eruditis & breuius comprehensa, vnde omnibus at atibus philosophi, sapientes gentium & poëtæ depraeserunt cuncta & singula, quæ de rebus diuinis non incommode dixerunt & scripserunt.

Iaphet quarum gentium conditor?

Conditor autem est Iaphet tum multarum aliarum gentium, tum etiam Latina & Græca gentis, quæ plurimum sapientia & doctrina varia ab initio semper præ alijs gentibus possedit & retinuit: Penes utramque fuit possessio & sapientia, & doctrinarum omnium, ita tamen ut Latina gens, quam alijs Romanos dicimus, sapientiam suam à Græcis quasi præceptoribus omnibus temporibus disceret & hauriret, quemadmodum sic futurum iam olim Sibylla prædixerat, ac id his quidem verbis: Ἦν ἰαφὸς γένει Ἰξά σοφῶν ἰταλῶν, id est, Romani petent doctrinas à Græcis, facti discipuli Græcorum.

Cham natu minimus filius contrarius patri & fratribus.

CHAM autem minori natu in diuisione orbis terra Noë dedit possidendam Africam, quam nunc Saraceni tenent & Turca, Præsto etiam Iohannes summus Africa Imperator, qui imperio suo quadraginta regna in interiore Africa complectitur. Is Cham alter Cain sui incredulitate & impietate, omni denique vitæ & moribus, aduersus patri & fratribus & libris & nepotibus

& nepotibus
Christo era
Noë impiet
& accusam
autem gub
tanquam
multo labor
tia schola
paternum
Quia vero
dicitur iam
improbis
contemne
ad coercen
num impro
non contem
te contiger
tissimo, cur
etiam part
condit, & n
fere patrum
& ignem
rum prius
litis propo
Quia
Cham tum
tus eius pla
nis & pers
sed etiam b

Et nepotibus horum, nam sine Deo, sine fide, sine Christo erat, cum verbum abiicisset odio patris Noë, impietatem & malitiam eius damnantis & accusantis, iram etiam Dei minuitantis. Noë autem gubernarat hæcenus & administrarat tanquam superintendens generalissimus solus multo labore, cura maxima, in œconomia, politica, schola & Ecclesia omnia, & tulerant illud paternum imperium placidè hæcenus omnes.

Quia verò Cham filius maledictus Noë de vincta iam pridem consilia inierat, & hominum improbitas creuerat, & paternum imperium contemnebatur, & maioribus viribus opus erat ad coercendos improbos, crescente tunc hominum improbitate, hanc ipse adeptus occasionem, non contentus sua parte, sua Africa, quæ sibi sorte contigerat, fratri Sem natu maximo & pierrissimo, cum quo Noë pater tum viuebat, suam etiam partem vi rapit, & regnum potens sibi condit, & noua religione contraria in omnibus ferè patrum doctrina & religioni, illud munit, & ignem adorandum in VR vrbe Chaldaorum primaria omnibus, pœnis grandibus propositis, propanit.

Quia verò & opibus & potentia præstabat Cham tunc solus præ fratribus omnibus, & cultus eius plausibiles essent rationi, non modò pœnis & persecutionibus coëgit veros Dei cultores, sed etiam blanditijs & argumentis speciosis persuasit,

Historiola Ecclesie,

Abraham
indebita
bonitate
Dei ex ido-
lomania
Chaldaica
in terram
Canaan e-
uocatur, &
doctor Ec-
clesie con-
stituitur.

Primus Mo-
narcha Nim-
roth.

Ecclesie pa-
trum guber-
natio poli-
tica & Ec-
clesiastica in

suasit, breui factum est, vt pauci admodum fide
promissum Messiam colerent. Ac extincta fu-
isset paulo post in vniuersum vera de Messia do-
ctrina in Ecclesia, nisi indebita bonitate Deus
Abraham, natum e familia quidem Sem, sed
idololatram, ex VR Chaldaeorum in terram Can-
naan, quam tunc Chamita impij tenebant, e-
uocassent, promissionem de semine ipsi repeti-
uisset, & recepto in gratiam mandasset doctri-
nam de seruatore venturo intrepide inter gen-
tes, inter pericula & varia exilia spargere, vt
semper esset pusillus aliquis grex, qui vere De-
um coleret, & impijs, tametsi numero, opibus &
potentia prestarent ac formidabiles essent, ni-
hilominus contradicerent, ac quos Deus de Cha-
mitis vellet ab idolatria ad veros Deos, gratos
& placentes cultus reuocaret.

Fuit autem primus Monarcha in orbe
NIMROTH, fortis venator coram Domi-
no, filius Chus, filij Cham, quem Graeci Iouem
Ammonium, qui in Lybia colebatur maxima
religione, nominant. Id vero regnum Chalda-
um, Babylonium & Assyrium dictum est: quem-
admodum suo loco in Assyriacis illa pluribus ver-
bis sunt exposita.

Habuit autem in prima illa Monarchia
nihilominus & deinde in ceteris Monarchijs se-
quentibus Ecclesia patrum suam Ecclesiasti-
cam & politicam gubernationem. Sic habent

ihx

Regiment vor sich selbst gleich wol in-
 ter gentes behalten. In terra Canaan, quam
 impij Chamitæ tenebant, promissa Abraham &
 posteritati eius, Abraham, Isaac, Iacob presu-
 erunt Ecclesiæ. In Aegypto autem, quo famis
 tempore e Canaan ad Ioseph filium descende-
 rat Iacob cum liberis, populum gubernarunt Iā-
 cob, Ioseph filius Iacob & ceteri filij Iacob, à
 quibus duodecim tribus cognominatæ sunt, usq;
 ad exitum ex Aegypto, per quos etiam propa-
 gata est doctrina de filio Dei per vniuersam
 Aegyptum idololatricam.

Defuncto autem Pharaone, qui amicus Is-
 raelitarum fuerat, Ioseph etiam mortuo, AE-
 gyptij ad idolomaniam veterem relapsi sunt, &
 Rex Pharaon, quem Græci Busyrin esse existi-
 mant, populum Israel maximo numero auctum

in Aegypto duriter varijs modis afflixit per an-
 nos octoginta, tum quod metueret tantam mul-
 titudinem, tum etiam quod odisset doctrinam &
 religionem ipsorum contrariam suæ idolomania
 in omnibus, adeo vt essent non vno modo miseri
 & pertæsi admodum durissimæ istius seruitutis,
 vt & filij Ephraim propagati ab altero filio Io-
 seph Ephraim, impatientes istius iugi, ante tem-
 pus, vno etiam annuam & superstiti, imo reclama-
 nte etiam patre Ephraim, inuaderent cum ex-
 ercitu terram Canaan, terram promissam A-
 braham & posteris eius, vbi tamen cæsi sunt,
 quod

Monarchijs
 qualis?

Populi Iu-
 daici recto-
 res in terra
 Canaan.

In Aegy-
 pto.

Busyrin sue
 Pharaon.

Filij Ephra-
 im ante
 tempus in-
 uadunt ter-
 ram Cana-
 an.

Historiola Ecclesie,

quod ante tempus sine mandato Dei non iubente Domino rem illam tentassent, vt primo Paralip. 7. capite scriptum est.

Moses.
Aaron.

Ac cum dux deesset, Deus excitauit Mo-
SEN cum fratre AARONE, qui eduxit
multis signis & prodigijs populum in Arabiam
Petraam per mare rubrum, quod caesit acceden-
tibus, in quo perijt Pharaon impius, victus Hebra-
orum magia, vt Berosus Chaldaus non vere con-
tra sacras literas scripsit & comemorauit, anno
mundi bis millesimo quadringentesimo quingua-
gesimo tertio, cum commorati essent in AEGYPTO
annos bis centum quindecim.

Pharaon sub-
mergitur in
mari rubro.

Populus in-
deserto mi-
raculose pa-
fcitur, & de-
fenditur.

Ac cum panis deesset in deserto, in inculta
steriliq; regione, paut de caelo populum manna
& coturnicibus cibo delicatissimo. Potauit et-
iam aliquoties aqua ex rupe arida & rigida
prorumpente, & si qua amara fuerunt, eas dul-
ces per Moysen reddidit, & defendit contra Ama-
lekitas & Edomitas in deserto in Israelitas in-
ruentes. Moysi etiam septuaginta seniores ad-
iurxit, vt posset tantum Imperij onus eo suffi-
nere facilius. Verum quia Deum in deserto post-
tanta beneficia nihilominus grauius saepe offen-
derunt ingratitude, impatientia & diffiden-
tia, Moyses etiam & Aaron hic impegerunt non

Defexcen-
tis millibus
tantum duo

αυαμας Ιησοι, factum est vt ex sexcentis mil-
libus egressis ex AEGYPTO duo tantum Calephi &
Iosue ingressi sint in terram promissam, fertiliem
& melle

et melle
sandi/e
gantea v
tam.
(Mo
scripto
alibi, t
tium, v
omnes
tura rer
diside
um face
etiam si
uem fac
porro)
mamus
posse, e
omnin
quod n
iam Str
Dicit v
pto, ac
rum fer
secum
solyma
πλωμ
δῆου,
τυχῶσο
quend.

Et melle lacteq; fluentem, id est, in eum qui
 Landt/ein herrlich Landt/ & à gentibus gi-
 gantea vastitate corporis terribilibus habita-
 tam.

veniunt in
 terram sani-
 ctam.

(Mosis multi etiam profani veteres
 scriptores meminerunt. Galenus tum
 alibi, tum etiam lib. 11. de usu par-
 tium, ubi dicit Platonem, se quoq; &
 omnes alios, qui apud Græcos de na-
 tura rerum rectè scripserunt, à Mose
 dissidere. Omnia enim (inquit) De-
 um facere posse arbitrabatur Moses,
 etiam si ex cineribus equum aut bo-
 vem facere velit. Nos autem (scribit
 porrò) non ita sentimus, sed confir-
 mamus quædam naturam facere non
 posse, eaq; Deumne aggredi quidem
 omnino, sed ex ijs, quæ facere potest,
 quod melius est, eligere. Meminit et-
 iam Strabo lib. 16. Geographiæ suæ.
 Dicit versatum aliquandiu in Ægy-
 pto, ac cùm Idolomaniam Ægyptio-
 rum ferre diutius non posset, eduxisse
 secum τους τιμώντας τὸ θεῶν Hiero-
 solymam usq; & pugnâsse ἀντὶ τοῦ ὄ-
 πλων τὰ ἱερά. προκαλλόμενον, καὶ τὸ
 θεῶν, καὶ σωσιστασθαι ἀρχῶν οὐ πῶ
 τυχεσθαι. Dicit fuisse omninò virum
 quendam præcipuum & singularem,
 prorsusq;

Historiola Ecclesiæ,

profusq̃ quales fuerunt veteribus celebrati ac sapientes viri, Minos, Solon, Lycurgus, Tiresias, Amphiarus vates, Orpheus, Musæus, Zamolxis Pythagoræus, Gymnosophistæ, Magi, apud Assyrios Chaldæi, Hetruriaruspices apud Romanos. Ex superstitione natam à carnibus quibusdam in Mosis repub. abstinentiã *ἐν δὲ ὄρεσι δαίμονιας αἰ βρωμάτων ἕξασα.* Meminit etiã ex Trogo Iustinus libro 36.)

Post Mosen præest populo Iosue. *Post Mosen autem defunctum in deserto propter incredulitatem, & sepultum ab ipso Deus, rexit populum Iosue filius Nun, famulus Mosis, & seniores septuaginta.*

Is verò e deserto de mandato Domini post exactos annos 40. populum traduxit siccis pedibus per Iordanem, qui rigat Galileam, in terram Canaan, frustra irruentibus in illos Ammonitis & Moabitis, frustra fretis propheta suo Bileã, nato e familia Nachor, fratre Abrahæ. Nam Iosue & Soli & Lune imperauit, prælia Domini præliatus, fauere, iubente, præsentè & adiuvante Domino, & deuictis aliquot terribilibus hostibus, terram Canaan populo nec dum subactã & bello captã nihilominus tamen secundum tribus duodeci distribuit, certissimò de promissione diuina.

Eo verò ad patres suos collecto, iudicibus, ducibus sue principibus paruit populus, quibus

Iosue distribuit terram Canaan populo.

rum gentibus vicinis à Cham propagatis, bel- Iudicum
 lum fuit & πορδ op & perpetuum, cum Syris imperium,
 inquam, Moabit^{is}, Canaan^{is}, Midianit^{is}, Am-
 monit^{is}, Philist^{is} gentibus idololatricis, qua
 terram Canaan, à Cham impio propagata, tum
 tenebant, neq^{ue} aduenis Israëlit^{is} nouis colonis
 cedere volebant, quin potius Israelitas ad vnum
 omnes sublato cupiebant.

His vero modo superiores, modo ab illis vi-
 ssi, sub durissimum & longissimum seruitutis iu-
 gum missi sunt, tunc fere, quando securiores fa-
 cti, vero Deo relicto, contubernio vicinarū gen-
 tium corrupti, idolis illarum feruierunt, scor-
 tatione etiam & coniugijs cum ijsdem gentibus
 Deum offenderunt, quemadmodum neq^{ue} post
 reditum è Babylone, neq^{ue} in ipsa Babylone à
 gentium connubijs abstinerunt, vt dicitur suo
 loco. Ac ipsa etiam tribus sub iudicum imperio
 infestis armis quandoq^{ue} concurrentes conflixe-
 runt, ne quid deesset communibus arumnis. Et
 iudices seuitiam etiam exercuerunt, non modo
 in ceteros, sed etiam domesticos & consangu-
 neos, quibus Deus irritatus, aliquoties totū po-
 pulū gentium vicinarū subdidit, iugo donec pce-
 cato tandem agnito Deus seruitutem ipsorum
 auferat, excitaret rursus heroa principem
 aliquē è quacung^{ue} tribu, qui è seruitute gentiū
 populum suum vindicaret, quemadmodum in
 historia Samsonis copiose indicatum est.

Populus
 Israël sub
 iugum mita-
 titur à gen-
 tibus.

Israëlitarum
 connubia
 cum genti-
 bus.

Bella tribu-
 um inter
 se domesti-
 ca.

Regnatum

Historiola Ecclesie,

Duratio re-
gum Iudi-
cum.

Regnatum est autem à Iosue usq; sub iudici-
dicibus annos quadringentos quinquaginta.

Post iudices siue principes rectoribus vsus
est populus sacerdotibus, Eli, quo imperante
Philistaei gens praecipua in terra Canaan ma-
xima clade afficiunt populum, & Samuele, à
quo tempus prophetarum incipit, Act. 3.

Reges re-
gunt popu-
lum.

Eius Samuelis degeneres filij persecerunt,
vt populus, sacerdotibus reprobat, Regem po-
sceret sine Deo & contra Deum, iubente ni-
hilominus Domino, forma Imperij mutata est.

Saul primus
Rex.

Ac gubernatio demandata regibus est, Saul,
quem oppugnant Ammonitae, Amalekitae, Philis-
taei quoq; duce Goliath, quem funda interimit
Dauid, alter rex, qui vicit Iebusaeos, ac Hiero-
solyman vrbem ipsorum primariam, caput &
sedem sui regni ex Hebron illac transfert & col-
locat. Bellum etiam gerit contra Syros & Amo-
nitae.

Dauid Rex.
Salomon
Dauidis
filius.

Salomon filius Dauidis tertius rex,
templum Domino condidit, anno ab exitu ex
Aegypto quadringentesimo octuagesimo, cum
pro templo tabernaculis hactenus siue templo
portatili & complicatili vsi essent, vix von
Zuch gemacht/den man zusammen legte,
vnd fort fuhren vnd tragen font. Quem
admodum patet ex Mose, vbi forma eius templi
à Deo pingitur & describitur.

(Iosephus

(Iosephus lib. 7. antiquitatum scribit, Dauidem Regum omnium opulentissimum fuisse, κατέλαπε πλεῖστον, inquit, ὄσπον οὐκ ἄλλος βασιλεὺς οὔτε ἑβραίων οὔτε ἄλλων ἔθνων. Idem scribit Eusebius lib. 9. de præparatione Evangelica.)

Salomone autem defuncto, quia Deum Salomone defuncto
multiplici idolatria offenderat, & filius eius duodecim
Roboam durius imperaret, consilia seniorum tribus scinduntur in
asperneret, adolescentes stolidos solos audiret, decem tribus ab illo defecerunt, & ductorem natum duo distincta regna.
Rehabeam seruum Salomonis, in vicinam Regnum
Samaritaniam concesserunt, ac regnum peculiare Samaritanæ,
condiderunt, legibus, doctrina & religione idolatrica diuersum, solis duabus tribus Iuda & Benjamin Hierosolymis remanentibus. Et Israël seu
& Benjamin Hierosolymis remanentibus. Et decem tribuum.
populo Israel tunc diuiso in duo regna, alterum Regnum
Iuda, siue duarum tribuum, siue regnum Hierosolymæ, alterum regnum Samaria vel decem duarum tribuum.
tribuum dicebatur.

(Iosephus lib. 8. ἀρχαιολογίας cap. 4. de Roboamo filio stolido Salomonis sic. τὸν ἔσπον ἀλάζων ἀνῆς ἢ ἀνόντος ἡσὴ δὲ διὰ τὸ μὴ πρὸς ἕχον τοῖς πάρεσις θιλοῖς πλὴν ἀρχῶν ἀπολέσσε. Ac de Rehabeam ibidem cap. 3. dicit, quod causam peccandi præbuerit populo, σωσὶα φησὶται γὰρ, inquit
C τὰ ἔθνη

sub iudici-
ginta.
oribus vsu
imperante
naan ma-
Samuele, a
ct. 3.

erfecerunt,
Regem po-
ulus regem
iubente ni-
uitata est.
est, Saul,
hita, Phil-
a intermit-
, ac Hiero-
, caput &
fert & col-
ros & Am-
ertius rex,
ab exitu ex

esimo, cum
sue templo
, war vor
men legum
t. Quem
eius templo

Iosephus

Historiola Ecclesiae.

τὰ ἄνω ἀρχομένων ἢ τῶν τοῖς ἡγεμόνων
τρόποις ὡς ἀρετῇ τοῖς καλοῖς αὐτῶν
ἐπομένων.)

Decem tri-
bus abdu-
cuntur in
Assyriam.

Quia verò vtrumq; regnum tum Iuda tum
Samaritiam Dei contra se multis modis in-
stabant, & præterea Prophetas tum abos, tum
etiam Eliam & Eliseum vtrumq; claros re-
suscitatione mortuorum & alijs miraculis, mis-
sos dimittis, non audirent, & bella inter se mu-
tua illa duo regna vicina gesserunt, & hostes per-
pessi sunt in prima monarchia acerrimos, reges
vicinos & gentes præpotentes, Assyrios, Babilo-
nios, Aegyptios, Aethiops, Arabes, Ammo-
nitas, Syros & Moabitas, donec tandem cum
respicere nollent & conciones prophetarum
spernerent, imò etiam prophetas persecute-
runt, decem tribus per Salmanassar Assyrium
obseffe per triennium in Samaria, in Assyriam
in perpetuam captiuitatem sunt abducti, vn-
de nunquam sunt regressæ, distributa per re-
gnum Assyrium inter gentes varias, terra ipsi-
rum ad habitandum tradita gentibus, cum stre-
tisset illud regnum Samaria annos bis centum
nonaginta nouem. Cum illis etiam tunc Tobias
vir sanctus & religiosus abductus est, qui do-
ctrinam de semine venturo Christo in Assyria &
inter multos hostes constantè professus est, &
ex fide proximo asidue & intrepidè seruauit,
dilectionem magnam exercendo asidue (nulla
formidando

Tobias vir
religiosus
abducitur in
Assyriam.

formidando pericula) in fidei consortes & captiuos. Et est hac abductione decem tribuum in Assyriam & dispersione inter varias gentes Asia, qua tum parebant Assyrijs vt Monarchis, propagata sine dubio noticia de vero Deo, vt constat circumcissionem Colchos & alios ab illis tribubus decem & dispersis Iudais didicisse, vt Herodorus testatur, & ante omnia historia Tobie docet & confirmat.

Et cum hoc exemplo decem tribuum relique due tribus nihil mouerentur, conciones Ieremie Prophetæ riderent & adhuc in carcerem conijcerent, aliquantò post euersa prius vrbe Ierusalem post anni integri obsessionem & sex mensium, & direpto, incensog, templo & abducta tota Hierusalem & meliori populo, ille quoq; in Babyloniam à Nabuchodonosere sunt abductæ, relictis in agris paucis agricolis & hortulanis, quibus præfecit Gedaliam, cui etiam commendauit Ieremiam è carcere extractum.

Verùm cum Rex Ammoniticus ingressus cum exercitu terram desolatam & vastatam, Gedaliam interfecisset & quicquid de populo, quod remanserat, repperisset, Ieremias cum superstitionibus in Aegyptum euasit, vbi cum & suos populiues increparet, & ipsum Pharaonem regem Aegypti impium accusaret, lapidibus oppressus tandem extinctus est, & Hierosolyma euersa &

Doctrina de vero Deo propagata per gentes.

Due tribus captiue abducuntur in Babylonem.

Hieremias capta vrbe fugit in AEGYPTUM.

Historiola Ecclesiæ,

sa & habitatore carens, nidus & habitatio mansit serpentum & draconum per annos 70. prostrata ante faciem omnium hominum, vt exemplum commemorabile esset ira diuina in peccatores.

Daniel & Ezechiel pueri abducuntur in Babylonem.

Abducta sunt autem ista dua tribus anno mundi termillesimo trecentesimo nonagesimo quarto, ante Christum quingentesimo septuagesimo quarto. Cum illis abducti fuerunt etiam Daniel & Ezechiel pueri, Prophetæ, qui & populum captiuum consolati sunt, & finem habituram illam captiuitatem post annos 70. secundum prophetiam Ieremiæ testati sunt. Daniel quoque, prophetarum summus de Monarchijs, mutatione & translatione regnorum, de statu Ecclesiæ omnium ætatum & temporum vsque ad nouissimum diem de rebus omnibus gerendis in

Prophetiæ Danielis de Monarchijs.

politia & Ecclesiæ, in quatuor monarchijs, de æterno etiam regno Christi vaticinatus est, & doctrinam de Messia per vniuersum Chaldaorum regnum sparsit, donec exactis 70. annis a Deo presinitis, permittentibus Persarum Regibus dominis tunc Assyriorum & Chaldaeorum Hierosolimam ad restaurandam urbem, templum & religionem redirent.

Principes post reditum in Babylone presunt populo.

Vsi autem sunt Iudei in secunda Monarchia Persica regressi in Babylone non regibus, sed principibus ortis in stirpe David usque ad Alexandrum magnam tertie Monarchiæ autorem & conditorem,

conditore
Persicorum
iusto à
quatuor
consensu
essent. u
dam Ro
creaban
vni q
tamut f
nomina
gentib
Persico
vexatio
ter diff
Chald
gentes
vrbem
nos 70
tum e
est in
gypti
ipsi et
rum
cont
bitio
Rom
afflu

conditorem, propter reuerentiam fortè regum
 Persicorum, donec eo defuncto & imperio eius
 diuiso à ducibus & principibus Alexandri in
 quatuor regna, Maccabæi e tribu Leuitica orti
consensu populi & politia & Ecclesia simul pra-
essent usq. ad initium regni Herodum & præs-
idum Romanorum. qui sacerdotes, quos volebant
creabant, accepta pecunia, & vicissim remoue-
bant, quos volebant, & quando volebant. Ac
 tametsi Iudæi post exilium Babylonicum auto-
 nomiam suam retinuerunt, tamen & à vicinis
 gentibus, quæ Samariam tenebant, & ab ipsis
 Persicorum regum satrapis ac prefectis duras
 vexationes saepe sustinuerunt. Nam vt vehemen-
 ter difficile fuit dissipatas familias Iudeorum in
 Chaldaea colligere & incermes per tot inimicas
 gentes ducere, & inter hostes rursus extruere
 urbem, & collapsam rempub. restituere post an-
 nos 70. ita post instaurationem vrbis & redi-
 tum e Babylone multo maior deformitas secuta
 est in illo populo quam antè. Nam Reges AE-
 gyptij & Syriaci post Alexandrum, vt dicitur,
 ipsi etiam sacerdotes Iudeorum, qui ducum suo-
 rum autoritatem non magnificiebant, sed
 contemnebant inter se certantes auaritia, am-
 bitione & gloria. Herodes etiam tandem &
 Romani praesides Iudeos miris ac varijs modis
 affluerunt.

Maccabæi &
 politia &
 Ecclesie gu-
 bernatores.

Iudæi vexan-
 tur a genti-
 bus.

Iudæi à mul-
 tis hostibus
 miris modis
 vexati.

Historiola Ecclesiarum

**Cruenta
bella orta
sacerdotum
de ambitione.**

E Sacerdotum ambitione cruenta bella, parricidia, dissidia dogmatum, & supplicia re- obli- essent superiorum malorum, exilij, irae di- uina, & paenarum, Iesus Sacerdos, vt alia mittamus, cum a fratre Ioanne ad se sacerdotium transferre conaretur, Fagosam satrapam Persarum praefectum Ochi Regis Persarum contra fratrem accersit. Qui cum veniret Hierosolymam, ingressus templum, inde spolia auesin, & annuas pensiones templo eripuit, donata templo a Cyro & Dario Longimano. Et exegit 7. annos tributum duriter, ita vt cogeret Iudaeos pro singulis pecudibus mactandis in sacrificijs quinos coronatos pendere. Atq; hoc initium malorum fuit in Iudaea post reditum ex Babylone, cum quidem ad Ochum usq; a Dario Longimano Ecclesia in Iudaea halcyonia, id est, mediocrem tranquillitatem habuisset, annis ferme centum septuaginta, vt instaurari vrbis, templum, doctrina studia & totus ordo gubernationis possit.

**Sacerdotum
coniugia
cum genti-
um habus.**

Et Manasses exemplum imitatus Iesu al- quanto post sub Dario ultimo Persarum Rege affinitate sibi iunxit Sannabolad Chittam, quem Darius ultimus Samaria praefecerat, ac- cepta eius filia in vxorem. Cumq; ob illicitum matrimonium repelleretur a ministerio sacer- dotali, cum multis alijs ob eandem causam sa- cerdotij

*cerdotij m
in Samaria
Is v
Magno m
maria G
gnificem
nassen p
gnos t
ducentos
est.
Ac
teria M
pii, &
quand
sibi ven
multis r
lemans
drum d
gentem
turus d
gem non
sus, sae
captora
Ill
us Phil
insigni
quam
regibus
in AEG*

acerdotij munere priuatus, confugit ad sacerum
in Samariam.

Is verò deuicto vltimo Dario ab Alexandro
Magno nouum templum in monte altissimo Sa-
marie Gariz in condidit, simile figura & ma-
gnificentia Hierosolymitano, cui generum Ma-
nassen praefecit. Quia autem id templum ma-
gnos tumultus in Iudæa excitauit, ideoq; post
ducentos annos à Maccabæis funditus deletum
est.

Accessit huc, quòd defuncto Alexandro in
tertia Monarchia ex Ptolemais regibus AEGy-
pti, & Antiochis Syriacis regibus, qui partem
quandam imperij & regni defuncti Alexandri
sibi vendicauerant, alij duriter affligerent, &
multis modis vexarent gentem Iudaicam. Pto-
lemæus Lagi primus rex AEGypti post Alexan-
drum defunctum, vt sibi tributariam faceret
gentem Iudaicam, fraude tanquam sacrificia-
turus die Sabbathi, Iudæis arma capere per le-
gem non audentibus, urbem Solymorum ingres-
sus, senijt in ciues, & aliquot millia Iudæorum
captorum duxit in AEGyptum.

Illis tamen equor fuit filius eius Ptolemæ-
us Philadelphus rex laudatissimus, ac Poëtarum
insignium carminibus celebratissimus, qui plures
quam centies mille Iudæos, partim à Persicis
regibus, partim à patre Ptolemæo Lagi captiuos
in AEGyptum perductos, atq; ibi seruitutem ser-
uientes

Manasses
sacerdos
condidit tem-
plum in
monte Sa-
marie Ga-
rizin.

Reges Syriæ
& AEGypti
affligunt
Iudæos.

Ptolemæus
Lagi primus
Rex AEGy-
pti.

Ptolemæus
Philadel-
phus.

Historiola Ecclesie,

uientes liberauit, numerans pro singulis captiuus *Νύγο* 12. Coronatos ex fisco regio.

Onias sacerdos condidit templū in AEGypto.

Et sub Ptolemao Philometore sexto regē AEGypti Onias Onia p̄i filius in AEGypto condidit in agro Hieropolitano templū, quod a Memphi vrbe, quæ nunc Alcairus dicitur, quinq; miliaribus Germanicis absuit, exosus mores & improbitatem pontificum Hierusalem, abduca secum illuc manu mediocri ciuum. Id vero templum de suo nomine Onion nominauit, quod post annos ferè ducentos triginta, spoliatum omnibus donarijs, Vespasianus Cæsar clausit, circa tempus destructæ Hierosolymæ, exhibitio nunc Christo, vbi templis illis non erat opus, quæ umbra & typus fuerant hæcenus Christi ventum.

Ptolemæus Lathurus Iudæis infestissimus.

Ptolemæus autem Lathurus Iudæis contra iniquissimus fuit, dissimilimus Ptolemao Philadelpho & Philometori. Cum enim Iudæis eum quocunq; nomine offendissent aliquando, cum exercitu aliquot millium Iudæam ingreditur, & commisso cum Iudæis prelo triginta milia occidit. Qua victoria exultans Lathurus Iudæam crudeliter vastat, alicubi quicquid mulierum & puerorum in pagis reperit, mactari & concidi in frustra & coqui militibus suis in cibum iussit, vt eo terribiores Iudæis essent.

Antiochi Eupiphanis Syriæ regis mores.

Sed superauit longè lateq; huius Lathuri crudelitatem & scuitiam Antiochus Epiphanes, septimus rex Syria. In eo fuit tanta petulantia,

petulantia, vt pro Epiphane sit dictus επιπει-
 vias, id est, furiosus. Interdum in conuiuia ge-
 stus est, vt funus ceremonia funebri. Ac
 talem esse oportebat, qui Deo bellum intulit, ac
 delere Ecclesiam conatus est. Ab illo Iason
 principatum sacerdotij emit, quingentis talen-
 tis, hoc est, tribus tomis auri, & promissis in-
 super quadraginta octo millibus annui tributi.
 Ac vt regem impiū magis sibi conciliaret, gym-
 nasia Hierosolymis extruit contra legem Dei,
 ac ludos instituit Græcos & Ethnicos, illis ip-
 sis temporibus, quibus populus conuenire alioqui ad
 templum consueuerat. Regem Epiphane cum
 exercitu aduentem in urbem accipit magni-
 ficè facibus prælati, & cum canticis continentibus
 Encomia regis, quo tempore Rex abiens præ-
 sulum in arce Hierosolymitana relinquit, be-
 setzt das Schloß mit Kriegsvolck / Neu-
 tern vnd Fußknechten / vnd setzt also ein
 fuß in Jerusalem. Ac hoc fuit initium ser-
 uitutis eius, quæ secuta est intolerabilis.

Menelaus autem criminatus aliquanto
 post fratrem Iasonem apud Epiphane callidè
 & alijs officijs sibi regem & aulicos conciliat, &
 pollicitus trecenta talenta, hoc est, centum octo-
 ginta nulla coronatorum supra omnia illa, quæ
 Iason hæcenus soluisset, impetrat, vt principatus
 sacerdotij Iasoni ablati in ipsum transferatur.
 Eam dignitatem adeptus, impietatem Iasonis in

Iason, sacer-
 dos Epipha-
 nem inuitat
 contra Iu-
 dxos.

Menelaus
 frater Iaso-
 nis detur-
 bat sacerdo-
 cij dignitate
 fratrem.

Historiola Ecclesie,

Ethnicis ritibus imitatus est, & crudelitatem
& rapacitatem eiusdem longe superavit. Ac
cum immensam pecuniam Regi Epiphani pro-
missam soluere non posset, multa vasa aurea
clam ex templo surrepta vendidit, quo sacrile-
gio patres aëlo magni motus in populo extiterunt.

**Prodigia
conspicua
in aere.**

Sub id tempus 40. continuos dies in aere
mira species conspice sunt armatorum equi-
tum & pedestrium copiarum configentium, que
prodigia ingentium calamitatum, qua paulo
post secuta sunt, pronuncia fuerunt. Nam

**Bellum in-
ter duos
fratres sa-
cerdotes.**

Iason excussus sacerdotio à fratre Menelao, at-
mata manu urbem inuasit, ut fratrem inuisu
sacerdotio excuteret. Et cum plurimos ci-
ues trucidaret, qui partibus Menelai fratris sa-
uebant, Menelao inferior viribus in arcem ad
presidium Syriacum confugit, vnde missis nun-
cijs implorat opem Antiochi Epiphani, qui pau-
lo ante oppressus & coërcitus a Romanis, quo-
rum potentia in immensum creuerat hactenus,
fremebundus ascendebat Hierosolymam. Cumq;
ad urbem adducto exercitu clausas portas & ci-
ues ad defensionem paratos offendisset, indigna-
tus, ut oppugnatam urbem sine magna difficul-
tate cepit, cum Menelao cum sua factione &
presidium Syriacum ex arce erumpens in
urbem cassis ciuibus hostium conatus adiuuarent
& portas aperirent.

**Epiphanes
vi capit
Hierosoly-
mam.**

Ibi demum ingresso Antiocho milites in-
trucidare

trucidare obuios armatos, in omnem aetatem & Ciues ca-
 sexum crudeliter saeuierunt, ita vt circiter octo- pta vrbe
 ginta millia hominum tridui spacio in vrbe So- crudeliter
 lymorum interfecta, aliquot millia captiua ab- trucidantur.

Ingressus est etiam Rex ducente Menelao Epiphanes
 Pontifice sanctissimam templi partem, & vasa Spoliat tem-
 sacra a manibus pollutis contrectata, asportari plum Hiero-
 iussit in Syriam, vna cum mille octingentis ta- rosolymi-
 tentis ex Gazophylacio, hoc est, nostra moneta tanum.
 ferè vnde cum tonnis auri, qua pecunia partim
 erat templo donata, partim illic deposita à vi-
 duis & orphanis, vt in locum sanctitate & ve-
 neratione tutiorem.

Cumq; Antiochus sacerdotiũ summum Me- Philippus
 nelao restituisset, ac firmũ presidium militare in Phryx.
 vrbe reliquisset, cui Philippũ Phrygem praefecit,
 hominem crudelissimũ, Antiochiam Metropolim
 Syriae cum amplissima praeda reuersus est.

Post bienniu defectiõẽ Iudaeorum metuens, Apollonius
 misit Apollonium ducem, cum exercitu viginti dux Epipha-
 duorum millium ad Hierosolyma, qui nihil hosti- nis crudeli-
 le praese ferens, positis castris extra urbem Sab- ter tractat
 barbi die expectauit, quo die multitudinẽ mer- Iudæos.
 nẽ, egressam spectatũ castra Syriaca, dato signo
 partim confodit, partim contriuit & impetu
 in urbem facto, omnia cadibus compleuit,
 urbem diripuit, ac multis in locis incendit,
 moenia & alias munitiones demolitus est.

Eam

Historiola Ecclesiæ,

**Præsidium
imponitur
arci David.**

Eam partem vr̄bis, quæ ciuitas Dauid dicebatur, munijt muro & propugnaculis, & validum præsidium imposuit. Hac omnia erant præparatio ad ea, quæ Rex postea molitus est. Cum enim cogitaret Iudeis patriæ legis professionem extorquere, quam sciebat eos acerrime defendere, prius exarmare eos, & omnibus præsijs, munitombus ac viribus exuere voluit.

**Iudeis interdicitur
professio
religionis
patriæ.**

Hac igitur vastitate per Apollonium ducem suum effecta Hierosolymis, paulo post misit Rex Athenæum, vnum ex ducibus suis, cum edicto, quo imperabat omnibus gentibus subditis suis vniuersis, eandem religionem cum Græcis, eosdem cultus in toto regno seruare, interdixit, quæ Iudeis circumcisionem & omnes alios ritus, lege Mosaica mandatos. Collocavit etiam cum Hierosolymis, tum in alijs ciuitatibus Iudeorum militum cohortes, qui atrocissimis supplicijs afficerent omnes, qui regio edicto non obtemperarent. Quin & templum eiusdem Regis edicto prophanatum est, collocata Iouis Olympij statua in sacratissima templi sede, quod Iudeis planè intolerabile erat, multis etiam stupris patrat is intra ipsos templi parietes & mœtatis hostijs lege Dei prohibitis.

**Statua Iouis
Olympij collo-
catur in
templo.**

Ab hac regio interdicto prohibebantur libri sacri omnes, & capite plectebatur is, apud quem liber legis erat inuentus, fiebatq; singula mensibus inquisitio.

His
di Epipha
ponere v
lidissimo
duce, cu
nis & an
nisset, g
mpios co
dignitat
ibi multi
ditam ac
riochi ex
sunt. I
rellctis, c
& specu
Matathi
din seces
Na
rendum
infantes
ciderant
infantes
veribus
per omni
muro pr
EX
bus, qui
ati, tam
ne præst.

His

His mandatis impijs & immmani tyranni-
di Epiphanis, cum ciues Hierosolymitani se op-
ponere viribus non possent iam inermes & va-
lidissimo presidio in vrbe oppressi, & destituti
duce, cum Menelaus pontifex amicus Epipha-
nis & antea ritus Ethnicos Hierosolymis insti-
tuisset, gratificatus Regi, & nunc palam Regis
impios conatus & approbaret & adiuuaret, vt
dignitatem suam & Regis fauorem tueretur,
ibi multi constanter professi legem diuinitus tra-
ditam acerbissimis cruciatibus à militibus An-
tiochi extincti, & eorum bona fisco regio addicta
sunt. Plurimi ex vrbe omnibus facultatibus
relictis, cum coniugibus & liberis in solitudinem
& specus sese abdidierunt. Quo tempore &
Matathias Asmonæus cum filijs in vicum Mo-
din secessit.

Narratur in secundo Maccabaorum hor-
rendum supplicium duarum sceminarum, quæ
infantes suos contra edictum Antiochi circum-
ciderant, præfecto regio traditæ. Is mandauit
infantes strangulatos mulieribus nudatis de
verberibus suspendere, easq; ad terrorem aliarum
per omnes vrbis vicos circumductas, tandem de
muro præcipientes deturbare.

Extat ibidem narratio de septem fratri-
bus, qui exquisitis tormentorum modis excrucii-
ati, amen constantiam in professione legis diui-
ne præstiterunt. Ex quibus horrendis exemplis
estimari

Iudæi con-
stantes in
confessione
crudeliter
necantur.

Matathias
Asmonæus.

Supplicium
horrendum
duarum foe-
minarum.

Supplicium
septem fra-
trum.

Historiola Ecclesie,

Afmonæi
Antiochi
furorem re-
primunt.

Matathias
magni zelii
& spiritus
vir.

Iudæus vi-
ctimam
prohibitam
imolans in-
terficitur
à Marathia.

estimari potest & immanitas Antiochi Epipha-
nis, & miserrimus status populi Dei, cuius aliquan-
tamen reliquæ seruata sunt, excitatis diuinitus
Asmonæis, ad quos tandem à stirpe Davidis &
Aaronis & regni & sacerdotij dignitas est
translata, qui Antiochi furorem represserunt,
& legem Dei armis asseruerunt. Iudas namq;
Maccabeus Asmonæus filius Matathie de Samu-
elia sacerdotali ortus, urbem & templum vi ce-
pit anno post mortē Alexandri centesimo quin-
quagesimo nono, ante Christum natum cente-
simo sexagesimo quinto.

Patrem autem habuit Iudas Maccabeus
Matathiam sacerdotem Hierosolymitam, mag-
ni spiritus, zeli singularis & fidei eximia vi-
rum, qui primus se opposuit furoribus Antio-
chi Epiphanis. Nam cum vidisset Matathias
in gratiam regis Antiochi quendam Iudæum
immolare super altari Ethnico victimam lege
prohibitam, iusto & pio zelo inflammatus, &
hunc suum popularem impia patrarentem, & re-
gium prefectum astantem cuius in spectanti-
bus in templo trucidauit & euersa ara ad arma
vocauit omnes, qui verbum diuinitus tradunt
pluris facerent, quam regis Ethnici commina-
tiones. Cumq; vir fortissimus annum vnum
duxisset errantem multitudinem, quæ ad se hinc
inde amore libertatis, omnibus facultatibus re-
lictis confugisset, & lege Dei præceptos cultus

pafim

passim restituisset. & filijs suis Ecclesiam com-
mendasset. placida morte excessit.

Iudas autem mox post patris mortem con-
gressus cum ducibus & exercitibus Antiochi, il-
los aliquoties parua manu magno successu ca-
cidit & profugauit. Cum vero Antiochus Epi-
phanes, ex arario, sumptibus tum Iudaici belli, tum
& aliorum bellorum exhausto, ad tributa colli-
genda ipse in Persidem profectus esset, ibiq; suc-
cessu frustratus, & a Persepoli vrbe, quam ob
conditos ibi in Diana templo thesauros Alexandri
Magni oppugnare instituerat, reiectus turpiter,
de infelicibus praelijs praterea suorum ducum in
Iudaea triste nuncium in itinere accepisset, in-
vehementes animi primum, deinde etiam cor-
poris dolores incidit, correptus morbo intesti-
norum seuissimo. Nihilo tamen mitior factus,
manans etiam odium aduersus Iudaeos concepit,
quorum vrbes & in primis Hierosolyma decre-
uerat reuersus in Iudaeam solo aquare, deleta
vniuersa gente. Sed cum in itinere festinan-
tius contenderet, euerso curru, quo vehebatur
eger, ita duriter est allisus solo, vt morbi vis au-
geretur, & putrescentibus visceribus etiam caro
per totum corpus vermibus scateret, cum teter-
tissimo fetore, donec tandem post intolerabiles
cruciatu agnoscens diuinam vindictam, ani-
mam efflauit, post vastatum & direptum tem-
plum & oppidum Hierosolymorum anno quarto.

Primo

Iudas Mac-
cabæus feli-
citer praelia-
tur contra
Epiphane[m]

Theauri
Alexandri
conditi in
templo.

Mors hor-
renda Anti-
ochi Epi-
phanis.

Historiola Ecclesie,

Primo Maccabaorum cap. 1. 3. 6. Et lib. 2. cap. 4. 5. 9. (Quam insanis fuerit moribus, luxu, petulantia, refert ex Polybio Athenæus lib. 5. cap. 4. Et lib. 10. cap. 12. Nec dissimulat idem eius rapinas & sacrilegia. De sœuitia eius præcipuè in Iudæorum Ecclesiam usurpata, vaticinatus est Daniel Prophetæ cap. 11.)

Iudas Maccabæus occupat Hierosolymam.

Iudas verò Maccabæus confirmatus & victoriorum superioribus & morte Antiochi, statim ducit exercitum Hierosolymam, vbi prophatum templum cultu idolorum expiat, & legittimas victimas offert, anno ante Christum natum centesimo sexagesimo secundo die 25. mensis Nouembris. Quo die ante triennium idem templum direptum & idolorum statuis ab Antiocho pollutum fuerat. Ideoq; Demetrius frater Epiphanis contra Iudam mittit Nicanorem, cuius tanta fuit superbia, vt extenso brachio contra templum iuraret, se hoc templum igne deleturum esse. Sed huc Nicanori in acie interfecto, præcidi Iudas caput & brachia iussit, & suspendi ea ante templum, vt conspiceretur exemplum poena blasphemii hominis.

Iudas concidit in prælio.

Aliquantò autem post ipse quoq; Iudas concidit in prælio contra exercitum Demetrii fratris Antiochi Epiphanis, cum fortissime dimicasset, anno sexto post patris Matathie mortem,

reliq;

relieto imperio fratribus Ionatha, Simoni, & qui Fratres Iu-
ab his deinde nepotibus longa serie propagati dæ, Iona-
sunt, ad quos etiam aucta impotentia Iona-
thas, Simon.
tha fratris Iudæ Maccabæi, populi consensu sa-
cerdotij summi dignitas translata est, vbi per-
mansit cum imperio usq; ad initium regni He-
rodus annos serè centum & sedecim.

Atq; ita Asmonæi quatuor, pater Mata-
thias, & tres filij deinceps Iudas, Ionathan, Si-
mon, annos 33. pro lege diuinitus tradita aduer-
sus persecutores populi Dei fortiter praliati, etsi
Ethnicos cultus ex Iudæa prorsus tollere non po-
tuerunt, eo quod multi in populo palam Epicu-
ræi erant, multi fracti calamitatibus huius po-
puli, & conspectu prosperitatis Ethnicorum im-
pietatem amplexi fuerant, tamen hoc sua virtu-
te effecerunt, ne scripta prophetica interirent,
ne cultus diuinitus insituti prorsus abolerentur,
& politia illa omnino dissiparetur, idq; singulari
Dei bonitate ideo factum est, vt tamen politia
& ministerium à Deo institutum & hactenus
defensum vt cunq; maneret usq; ad Christum, vt
serui possit, quando & vbi Mæstias exhibendus es-
set. Tamen si enim nepotes tribus illis fratribus
Iudæ Maccabæo, Ionathæ & Simoni dissimiles
essent, crudeliùs & durius etiam Iudeos tra-
harant, cognatos interficerent, horrendam la-
menam inter sese exercerent, & peregrinas gen-
tes attraherent ad societatem bellorum, & do-
trinam

Asmonæo-
rum pietas
quantum
profuerit
Iudæis?

Nepotes
Asmonæo-
rum dissimi-
les maiori-
bus suis.

Historiola Ecclesiæ,

Vinam legis & disciplinam patriæ valde labes
 factarent, & sectæ exortæ Pharisei, Saducæi &
 Essæi dissidia excitarent & alerent in doctrinas
 in Ecclesia, in politia, neq; Iudæa prorsus immu-
 nis esset à multis magicis malis: tamen inter tot
 arumnas, dissidia domestica, scandala & peri-
 cula à peregrinis & barbaris exercitiis, Par-
 this & Arabibus, politia tamen & ministerium
 diuinitus instituta, tametsi esset vtriusq; magna
 deformitas, usq; ad Herodis & hinc natum
 Christum manserunt, propter Christum, propter
 quem vtrumq; fuerat institutum, conseruatum
 & defensum hæcenus.

Politia Iu-
 daica inter
 sexcentas
 aduersatio-
 nes tamen
 manet pro-
 pter Chri-
 stum.

(Phariseis tum aliæ erroneæ o-
 piniones tribuuntur à Iosepho & E-
 piphanio, tum etiã istæ, quòd homi-
 nes suis viribus bona facere posse do-
 cuerunt, τὸ μὲν πράγμα τὰ δίκαια καὶ
 μὴ κατὰ τὸ πλεῖστον ἐπὶ τοῖς ἀνθρώ-
 ποις κέεσθαι. quòd animam migrare in
 aliorum corpora iuxta Pythagoræ
 dogma existimarunt. τυχὼν ὁ πᾶσαι
 μὲν ἀφ᾽ ἑαυτῶν μεταβαίνειν δεῖ εἰς ἑπεροσά-
 μα πλὴν ἢ ἀγαθῶν μόνων, πλὴν δὲ τῶν
 φάτων αἰδῶ τιμωρεῖα κολάζεσθαι. Io-
 sephus lib. 2. cap. 12. Et lib. 18. cap.
 2. ἀθάνατον δὲ ἰχθυρ ταῖς τυχαῖς πίσις
 αὐτοῖς εἶναι καὶ ὑπὸ χθονὸς δίκαιώτερον
 π. κ.

πῆ τιμᾶς, οἷς ἀρετῆς ἢ κακίας ἐπιτή-
 ρουσις ἐν τῷ βίῳ γέγονε.

Filium Dei ignorasse, Epiphani-
 us scribit in Phariseis, ὡμολόγησεν ἀνά-
 σταν νεκρῶν, ἐπίσευον τε ἀγγέλους εἶναι
 πνεῦμα ἠγνοίκασαν δὲ ἡὸν θεῶ ὡς οἱ
 ἄλλοι. Vitam rigidissimam ac duris-
 simam egisse his verbis refert. ἄλλοι
 ἀκανθᾶς ἐσωμνῶν εἶχον διὰ τὸ ἀγρυ-
 πνον ἔχειν τὴν βίον, κατὰ τὸ δυνατὸν, μὴ
 ὑπὸν βαρῆ φέρειν, ἀλλὰ βιάζειν
 ἑαυτοῖς προσποιεῖσθαι.

De Saducæis quod animæ ipsis
 intereant vnâ cum corporibus lib.
 18. cap. 2. ἀρχαιολογίας, σαδδου-
 καίοις ἂ λόγος τὰς ψυχὰς ἀφανίζει τοῖς
 σώμασι. Ac iterum. τυχεῖς δὲ πλὴν δια-
 μονῆ καὶ τὰς κατὰ ἀδ'σ τιμωρίας καὶ
 τιμᾶς ἀναρῶσι.

Epiphanius docet nullo funda-
 mento niti ipsorum opiniones. εὐά-
 λωτοι, inquit, οὗτοι καὶ μὴ δυνάμενοι
 ἀντιστῆναι μήτε μίαν ὥραν πρὸς πλὴν ἀλή-
 θειαν.

Esæos vtrisque meliores facit Io-
 sephus lib. 2. cap. 12. ἀρχόμενοι τε καὶ
 πανόμενοι, inquit, γεραίρεται τὸν θεὸν ὡς
 χωρηγὸν τῆς τροφῆς. Ac vitam æter-
 nam, quam illi esse credunt ibidem

Historiola Ecclesiæ,

χῶρον vocant οὔτε ὄμβροισι οὔτε νεφέ
τοῖς οὔτε καύμασι βραχυόμενον.

Philo Iudæus, quem Platoni op-
ponunt veteres in eloquentia & sapi-
entia, de quo teste Suida dicebant, ἡ
πλάτων ἑλωνίχα, ἢ ἑλῶν πλατωνίχα.
Essenos dictos putat παρὰ τῆς εὐσέτι-
τος à sanctitate ὅτι ἐν τοῖς μάλα
θεῶν θεραπεύται γεγονόσιν. Sed vox He-
bræa est & operadores seu operarios
significat. Ac ipse lib. 36. oratione
quod omnis probus liber sit, scribit
eos contemnere Philosophiæ partem
ratiocinatricem τὸ λογικόν, vt paran-
dæ virtuti non necessariam, quam re-
linquant λογοδίησας verborum ca-
ptatoribus, sicuti etiam Physicem, τὸ
ἀφυσικόν, vt humano captui sublimio-
rem, disputatoribus μεταφυσολέχους
in sola autem semorali exercere assi-
duè diesq̄ noctesq̄, πᾶσι ἐναντίου ἰν-
quit, εὐσέτητα, δικαιοσύνην οικονομίαν,
πολιτείαν, ἐπισήμω πῶ πρὸς ἀλήθειαν
ἀγαθῶν ἢ κακῶν καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ ἀφ' ἑαυ-
τῶν καὶ καὶ φυγὰς πῶ ἐναντίου, ὅσους καὶ
καύσιν, ἕτησις χρώμενοι, τῶ τε ἑλωθῶ
καὶ ἑλασῶ καὶ ἑλωθεῶ, quæ
tria capita scripturæ fide & dilectio-
ne continentur.

De

De Essæis Plinius lib. 5. cap. 12.
 Illorū suarū mundi. Esseni gens sola
 in toto orbe præter ceteras mira,
 sine villa sœmina omni Venere abdi-
 cata, sine pecunia, socia palmarum.
 In diem ex æquo conuenarum turba
 conueniunt, largè frequentantibus,
 quos vita fessos ad mores eorum for-
 tunæ fluctus agit. Ita per seculo-
 rum millia incredibile dictu gens æ-
 terna est, in qua nemo nascitur. Tam
 fecunda illis aliorum vitæ pœniten-
 tia est.

Ac Solinus ferè eadem atq; his
 verbis cap. 48. Nemo ibi nascitur,
 nec tamen deficit hominum multitu-
 do. Ita per immensum spacium se-
 culorum incredibile dictu æterna
 gens est, cessantibus puerperijs. Me-
 morabili disciplina recefferunt à ritu
 gentium vniuersarum maieſtatis, vt
 reor, prouidentia ad hunc morem de-
 ſtinati.)

Atq; hæc de ſtatu populi Dei in tertia Mo-
 narchia, & gente Afmonæorum clariffima, pau-
 ca dicta ſufficiat, qua in deſenſione optima cau-
 ſa ab exiguis initijs progreſſa, ad maximam
 dignitatem & gloriam diuina ope & ſua indu-
 ſtria euecta fuerat. Poſtea ubi omiſſa principali

Afmonæo-
 rum poten-
 tia quomo-
 do collabi
 cepit.

Historiola Ecclesiae,

causa potentiam & opes more Ethnicorum regum quærere capit, & multa non necessaria mouere, partim fræta suis viribus, partim alienis præfidijs nixa, quomodo illa à Iosepho copiose & prolixè sunt prodita, euenit, vt intestinis primùm discordijs distracta, deinde etiã peregrino hoste introducto paulatim attrita alienis totã Iudææ regni possessionẽ cedere cogeret, cum principatum populi à Iuda Maccabeo usq; ad initium regni Herodis annos centum triginta, sacerdotum summũ annos centũ septendecim tenuisset. Nunc autem porrò de Herodum Imperio dicendum est.

Tempus regni Almonæorum.

Regnum Herodum.

Deinceps namq; principatus populi Iudææ ab Almonæorũ sacerdotali familia, atq; ad eã gentem Iudæicã ablatu, penes Antipatrum Idumæum filium Herodem eiusq; filios ac nepotes fuit, coq; translatus est tali occasione.

Antipater Idumæus tutor Idumææ à Romanis constituitur.

Cum Antipater Idumæus princeps Idumææ, cum alios duces Romanos in bellis adiuuisset, separatim Iulio Casari præclarã operam nauasset, in Aegypto in bello Alexandrino, vt ille, cui illa regiones notissima essent, & ad societatem bellis eius attraxisset Arabes, Idumæos & Iudæos in Aegypto habitantes Iulius pro his meritis & Antipatrum tutorem totius Iudææ constituit, ac præterea ciuitate Romana & perpetua ciuitate donatũ confecto bello Alexandrino in Iudæam remisit. Ac cum post occisum Casarem à conuulsis interfecit, Casius caput & auror conuulsis

conuulsis

inationis
factus cur
bus exige
familis
Iudæa dir
quod tam
bellua, r
seret, qu
quatuor
coronator
mandauit
tũ celerit
apud Rom
Cum
Iudæis rec
per pincer
nescijs a
Excelluit
fide, mode
curam pr
Deinde
Syriã ven
cabã, nep
bul' de reg
per' cũ ex
ductur' fi
machinas
dedentibu
Capti vr
tersecta

rationis in Syriam, atq; inde in Iudeam profectus cum exercitu duriter pecunias à ciuitatibus exigeret, ita vt quarundã magistratus cum familijs venderet, & quatuor maximas vrbes Iudæa diriperet, venundatis omnibus ciuibus, eò quòd tantũ, quantum flagitauerat insatiabilis bellua, recusassent, ac à Iudæis 70. talenta poneret, quæ summa equat nostræ monete ferme quatuor tommas auri, & præterea viginti millia coronatorũ, Antipater exactionẽ partim socijs mandauit, partim potentioribus Iudæis, per quos celeriter confecta tota summa esset, magnã apud Romanos gratiã cũ filijs suis denuò inuuit.

Cũ verò Antipater se hac ratione inuisum Iudæis reddidisset, nõ ita multò post Antipater interficitur à Malcho Iudæo.

per pincernã Malchum Iudæũ, quem multis beneficijs affecerat, veneno inter epulas necatur. Excelluit autem Antipater prudentia, industria, fide, moderatione, & familiam suam antè obsecram primus in lucem vocauit.

Deinde cũ Pompeiº victo Tigraue Armenia in Syria venisset, ac duo fratres orti è familia Maccabæa, nepotes Maccabæorũ Hircanus & Aristobulus de regni ac sacerdotij iure cõtenderet, Pompeiº cũ exercitu, quẽ contra Nabathæos Arabes ducturº fuerat, Iudæã ingreditur, & exercitiũ & machinas Hierosolymorũ manibº admouit, & nõ dedentibus se Iudæis, vi expugnatã urbem cepit. Capta vrbe vltra viginti duo millia Iudæorũ interfecta sunt à militibus. D 4 Pom-

Historiola Ecclesie,

Pompeius
ingressus
sanctum
sanctorum
ararium
Iudæorum.

Pompeius cum suis amicis sanctum sanctorum ingressus, perlustravit ea, quæ solis summis sacerdotibus aspicere licebat, ubi cum ingentem vim auri & pecunie duodecim tonnas inthesauris esse comperisset, illis omnibus ibidem relictis egressus iussit locum rursus expiari. Hircano sacerdotium summum restituit, autores belli, qui Aristobulum fratrem Hircani ad rebellandum impulerant, securi percussit, Hierosolymorum muros demoliri mandavit, & totam Iudæam tributariam populo Romano fecit, coactam exiguo temporis spacio pendere myriaden talentorum, hoc est, sexaginta tonnac auri. Ac discendens reliquit in Iudæa duas legiones cum Scavro. Ac hoc fuit initium servitutis gentis Iudæicæ, cum in potestatem Romanorum venit anno

Pompeius
iubet de-
moliri mu-
ros.

Initium ser-
vutis gen-
tis Iudæicæ,
duorum fra-
trum dis-
cordia.

60. ante natum Christum. Nam oportebat sceptrum ablatum esse, iuxta Prophetiam Iacob, veniente Christo. Causam autem primam huius calamitatis prebuit duorum fratrum discordia, ut dictum est.

Gabinus
proconsul.

Erat tunc Syria Proconsul Gabinus, cuius amplius biennio in provincia Syria fuisse, & laudabiliter se gessisset, & multas vrbes superioribus bellis deiectas restaurasset, successit Marco Crasso avaro exercitum tradidit, qui bellum Parthis illaturus, Roma in Syriam venerat, ante Christum natum quinquagesimo primo anno.

Marcus
Crassus.

Hic
vim pecu-
esse, Hiero-
admissus,
riadem ta-
sultit, pra-
cent as mi-
manas sep-
pondus qui-
amplius a-
Han-
templi spe-
invecuran-
im actas s-
centium
legij pena
sul vna ca-
Parthis m-
navio, ve-
imitum
que factu-
est a Par-
nunc tan-
Ac
thia Cas-
Romani,
am ac de-
rum inop-
pta, cui

Hic

Hic Crassus cum cognouisset ingentem vim pecunie in templo Iudeorum reconditam esse, Hierosolymam profectus & in templi adyta admissus, contra datam fidem plus quam myriadem talentorum, hoc est, 60. tonnas auri abstrulit, præter auream trabem, quæ pendebat trecentas minas, seu vt Iosephus exponit, libras Romanas septingentas quinquaginta, quæ equauit pondus quingz, nostratum centenariorum & amplius dimidio.

Hanc auream pernicam Eleasrus custos templi sponte Crasso dederat, promittenti idq; iurciurando affirmanti, se reliquas templi opes intactas sibi relicturum, vt Pompeius ante decennium fecerat. Sed huius periurij & sacrilegij penas paulo post dedit auarissimus proconsul vna cum filio Publico præstantissimo iuvene, à Parthis miserabiliter interfectus, maior sexagenario, vbi cum eo triginta millia Romanorum militum trucidati & capti sunt, & aurum liquefactum in os Crassi immisum & infusum est à Parthis cum hac exprobratione: satiare nunc tandem auro, quod semper sitiisti.

Ac cum post cladem Romanorum in Parthia Cassius quaestor Crassi reliquias exercitus Romani, quæ fuga salutem quaesierant, in Syriam ac deinceps in Iudæam reduxisset, propter rerum inopiam vrbes Iudaica iterum sunt direpta, cum nunquam deesset occasio vexandi &

Crassus auarissimus spoliat templum Hierosolymitanum.

Crassus dat pœnas auaritiæ & periurij.

Aurum liquefactum infunditur in os Crassi.

Vrbes Iudaicæ à Cassio diripiuntur.

Historiola Ecclesie,

affligendi Iudeos, non meliora meritis de Deo,
sie woltens nicht anders haben.

Herodes
Antipatri
filius à Ro-
manis Rex
Iudæorum
creatur.

Herodes autem filius Antipatri cognomento
Magnus, post obitum patris interfecit à Iudæo
Malcho, ut dictū est, cum Romam venisset post
interfectum Iulium Cæsarem, Antonio & Augusto
tunc dominantibus, regio nomine ornatus, & to-
tius Iudææ Rex appellatus, in capitolium ductus
est, medius inter Octavianum & Antonium, ac sa-
ctis primo illo regni die ab Antonio magni-
fico conuiuio excipitur, anno quarto post Iulium
Cæsare cæsum, secundo post Ciceronem interse-
ctum, ante natū Christū anno trigesimo septimo,
frustra Iudæis eius dominationē deprecantibus,
& Iudæam potius in prouinciæ formam redigi
petentibus.

Bellum He-
rodis cum
Iudæis.

Reuersus igitur in Iudæā Herodes, difficile bel-
lum cum Iudæis gessit, quod quatuor annos du-
rauit, eò quod duces Romani Ventidius & alij,
quibus restitutio Herodis demādata fuerat, cor-
rupti à Iudæis pecunia, moræ causas quærent,
ne serio Herodē iuuarent. Valde igitur diffi-
cilia regni sui initia habuit Herodes, sed tamen
industria, diligentia & virtute paulatim elu-
catus, omnes difficultates superauit, Galilæam,
Samaritam & Iudæam maiorem partem occupa-
uit, donec Antonius tandem mitteret unum
ex fidelissimis suis ducibus Sosium, qui suis
copias cum Herodis exercitu coniunxit, & am-
bo duces

Sosius dux
Romanus
vnā cum
Herode op-
pugnat vr-
bem.

bo duces
duerter op

Iudæa

valde pre-
na liberat
pult, pro li-
plo & reli-
limam ob-
hostes cre-
donec tam-
eodem die
fuerat, pe-
ritati mor-
ram in ar-
titudinem
stremus de-
pedes Sos-
sed contu-
Antonium
tante id.
autem fui-
Romanos
cros thesa-
ni pecunia
uerfas ci-
Hoc modo
Asmonæis
rodes Iudæ

bo duces

bo duces ex diuersis locis Hierosolymam obsessam
duriter oppugnare inciperent.

Iudæi inclusi, et si rerū præcipuarū penuria
valde premebantur, tamē concepta spe de diui-
na liberatione, quod se dicerent pro libertate po-
puli, pro legitimo rege contra externos, pro tem-
plo & religione contra ethnicos pugnare, diffici-
limam obsidionem aliquandiu sustinebant, &
hostes crebris excursionibus duriter affligebant,
donec tandem mense Maio expugnata est vrbs,
eodem die, quo ante annos 27. a Pompeio capta
sacerat, vt modo retulimus. Milites Romani ir-
ritati mora obsidionis, & acceptis cladibus, non
tam in armatos Iudæos, quam in imbellem mul-
titudinem atrociter sauerunt. Antigonus pos-
tremus de familia, & posteritate Maccabæa, ad
pedes Sosij prostratus, supplex veniam petijt,
sed contumeliose acceptus & victus, postea ad
Antonium Antiochiam abductus, ibiq; flagi-
tante id Herode occisus est. Difficilimum
autem fuit Herodi in illo furore militari arcere
Romanos, ne impetu saclo in templi adyta, sa-
cros thesauros spoliarent, agrè etiam imma-
ni pecunia summa promissa obtinuit, ne vni-
uersas ciuium facultates milites diriperent.
Hoc modo capta vrbe & extincto Antigono ex
Asmonæis rege, & duce populi Iudaici, He-
rodes Iudææ regnum consecutus est, anno

Hierosoly-
ma expu-
gnata ab
Herode.

Antigonus
postremus
de familia
Maccabæa.

Quo tem-
pore Rex
Iudæorum
factus sit
Herodes.

trigesimo

Historiola Ecclesiæ,

trigesimo tertio ante Christum natum. Vnde ad constitutionem regni conuersus crudeliter interfecit optimates coniunctos Antigono.

Herodes diripit opes ciuium.

Ac cum largitionibus & sumptibus belli omnes ferè facultates suas & propinquorum exhaustisset, edicto coëgit ciues omnia sua ornamenta ex auro argenteoq³, & quicquid habebant præsentis pecunie, in arcem regiam comportare, & custodias in portis posuit, qua exciterent egredientes, atq³, etiam funera efferentes, nunquid rei præciosæ aut pecuniarum exportarent. Ingruit etiam eodem tempore fames, propter annum sabbatarium, quo non licebat agros conserere, cum esset superioribus quoq³, annis agrorum cultura multis in locis intermissa, propter assidua bella intestina.

Miserrimus status Hierosolymæ.

Verè igitur fuit tunc ille miserrimus status ciuitatis Hierosolymæ, oppressæ tristi seruitute, qua impliciti hæserunt pij quoq³, homines, Simeon, Zacharias, Ioseph & similes pauci, qui in his tristissimis spectaculis & ærumnis sese erexerunt spe aduētus Messia, quæ eò quoq³, propius sciebāt instare, quòd iam sceptrum de domo Iuda protus ablatum esse cernebant, id est, impletam prophetiam Iacob de venturo Messia, capite penultimo Geneleos, cum sic præcinit: Non auferetur sceptrum de Iuda, neq³, dux de femoribus eius, donec veniat Silo, & erit expectatio gentium.

Accessit

Accessit ad illam cladem Iudæorum etiam Terræ motus in Iudæa extinxit illis diebus, quidus ad Actium in Epiro nauali prælio pugnatum est ab Antonio & Augusto, olim amicis & confederatis, sed tunc hostibus, vt copiosius illud explicatur à Plutarcho in Antonio. Terra motum consecuta est fœda lues, que magnam vastitatem in vrribus, agris & castris Herodis fecit.

Postquam autem neminem amplius restare videt Herodes in gente Iudaica de principibus, quorum potentiam metueret, præter multitudinem, multa fecit insolenter, securior factus, & instituit quadam cum lege diuina & receptis moribus Iudæorum pugnantia. Extruxit enim in vrbe Hierosolyma theatrum & amphitheatrum, in quibus exhibebat ludos scenicos, venationes, gladiatorum laniemas, prorsus Ethnicorum & Romanorum more. Instituit & agonem quinquennalem in honorem Augusti & imagines Caesarum, ac victorias eorum publicè proponebat. In rebus antea inusitatis & lege Dei prohibitis, cum intellexisset populum valde offendit, ita vt conspirationes inter quosdam fierent de occidendo Rege, vt tutior contra insidias & seditiones esset, multa loca accuratè munijt, & præsidia firmiora pluribus in locis oportunitis disposuit. Wardete starcke feste Schloffer.

Herodes multa instituit cum lege diuina pugnantia.

Herodes munit se contra Iudæos.

Aliquot

Historiola Ecclesie,

Herodes ex-
truit vrbes
& de nomi-
ne Roma-
norum prin-
cipum de-
nominat.

Fames ma-
xima in Iu-
dea,

Herodes ex-
truit templū
in honorem
Augusti.

Aliquot etiā vrbes magnificè vel extruere vel
instaurare capit, impositis Imperatorū & amio-
rū nominib⁹, quarū precipua fuit Stratonis tur-
ris ad mare, quam Casaream vocauit à Casare,
& Samaria vnus diei itinere ab Hierosolymis
distans, quam ab Augusto Sebasten. i. Augustam
nominauit. Condidit etiam Antipatriden à
patre dictam, & Phaseliden à fratris nomine
prope Hierichuntē vrbem nobilem hortis balsa-
mi, Herodium à suo nomine iuxta Arabiam.

Cū autem decimo tertio anno regni sterilitas
agrorum ex diuturno aestu famem attulisset,
quam horrenda lues pecudum & hominum se-
quebatur, magno studio ex Aegypto & vicinis
regionibus conquestum & importatum frumen-
tum populo virtum distribuit. Cumq; ad eam
rem pecunia deesset, exhausto regio thesaurorum
manibus illis edificationibus, omnia sua aurea
& argentea vasa, & quicquid habuit ornamentorum
preciosorum, frumentationi impendit. Ea
munificentiā non modo offensas priores ex
animis subditorum deleuit, sed etiam beneuolos eos
aliquantum sibi reddidit.

Anno autem 17. regni Herodis, cū Au-
gustus Imperator in Syriam profectus regnum
Herodis auxisset accessione aliquot regionum
rum, Herodes permotus illa liberalitate in Pe-
neade iuxta fontes Iordani magnificenti-
mum templum exstructum Augusto sacrauit, ut
fuit

fuit solum
bus adhuc
tuus coru
assentatio
tudinem
tertia par
Sed cū
st, elama
mort alibu
nis honori
suppliciorū
bus in omni
sermones a
etiam ipse
circulus coi
dis sermon
Tandē cū
pulo deprel
re obnoxiiū
promissis a
mentū add
alios contu
ris modis
quibus pepe
quos ob mor
natur, pecu
fais quoz i
manā natu
tes, & prad
fficiebat.

fuit solenne Imperatoribus Romanis superstitionibus adhuc dedicare templa, aras, sacella & statuas eorum in illis ponere. Illa autem Ethnica assentatione de integro abalienatam a se multitudinem Iudeorum mitigare studuit remissa tertia parte tributorum.

Remittit partem tributorum.

Sed cum ne sic quidem compescere quosdam posset, clamantes nullo modo ferendum esse hominibus mortalibus templa in Iudaea poni, eosque ibi diuinis honoribus coli contra legem Dei, acerbitate suppliciorum illos coercuit, immisis auscultatoribus in omnes congressus publicos & priuatos, qui sermones asperiores ad regem perferrent. Quin etiam ipse Rex dicitur vestitu plebeio noctu sepe circulus colloquentium se immiscuisse, ad captandos sermones subditorum de presenti statu regni.

Herodes immittit auscultatores in omnes congressus publicos.

Tandem cum nihil beneuolenti, nihil fidum in illo populo deprehenderet, iuramento sibi eum reddere obnoxium tentauit, ubi alios largitionibus & promissis ad prestandum obedientiam & fidei iuramentum adduxit, alios metu suppliciorum coegit, alios contumaciter detrectantes iuramentum, variis modis e medio sustulit, exceptis Phariseis, quibus pepercit propter paucos quosdam senes, quos ob morum sanctitatem populo charos reuerentur, pecunia tamen grandi eos multauit. Es-

Herodes experitur omnia in domando populo.

Phariseis parcat.

Esaxos honorat.

Esaxos quoque iurandi gratiam fecit, quos ut supra humanam naturam sanctius quoddam vitæ genus colentes, & predicendorum futurorum scientia claros aspiciebat.

Decimo

Historiola Ecclesiæ,

Templum Hierosolymitanum nouum à fundamentis extruit.

Christi de templo illo Herodis ad discipulos.

Templum à Romanis euertitur.

Herodes duos filios strangulat.

Filium Antiparrum in vincula conijcit.

Decimo octauo regni anno cupiens maiore beneficio demereri subditos, & priorum suorum excessuum memoriam abolere, adificationem templi Hierosolymitani magnificentiissimâ aggreffus est, funditus sublato priore edificio, quod post reditum ex Babylone extructum iam annos quingentos steterat.

Hoc opus stupendum magnitudine, sumptibus, octo annorum spacio absolutum maxima festiuitate dicatum est, in qua Herodes trecentos boues macellandos Iudæis præbuit, anno septimo ante natum Christum, cui postea etiam discipuli cum admiratione ostenderunt magnificentiam structuræ. Matth. 24. Marci. 13. Lucae 21. Et sicut ibi prædixit Christus, cum stetit hoc templum annos 80. ferè, à Romanis solo equatum est, quemadmodum paulo post infra cepiosius dicitur.

Cum verò deinde Herodes aliquandiu in Asia abfuisset, & ex interuallo domum reuersus esset, duos filios Alexandrum & Aristobulum suspectos haberet, sed falso de regno affectato, in vrbe Sebaste laqueo strangulari iussit, simul occisis ibi trecentis viris, qui consilij fuisse credebantur.

Post id autem tempus infelicitissimus cepit Herodes, tota eius domo turbata acerrimis odijs, suspicionibus & insidijs, comecto etiam in

vincula
veneno
Inter
& alibi
cum r
res ab
estus ma

Ac pas
domestic
num mor
in subdo
delictis pa
scholastic
rum ortos
nus viris,
ob proph
lam supra
gnifice qu
extructan

(Zelu
predica
ἀδωσέω
bit: κα
καρ, το
τος τε η
σις αἰών
ipfi scho
proficif
ὄτι πλεῖ
τῶν τελευ

vincula Antipatro filio, quòd existimaretur de veneno necando patrem agitasse consilia.

Interim plurimos vtriusq; sexus in tota aula Plurimos in & alibi conscios Antipatri conatum, ad suppli- aula intera- cum rapit, cum quibus etiam multos innocen- ficit. tes ab inuidis delatos ille furor regis tanquam aestus maris simul absorpsit.

Ac paulò post iam ferme septuagenarius, tot Heròdus domesticis calamitatibus quassatus, in grauissi- septuagen- num morbum incidit, quo ipse seuior est factus narius in in subditos quoq;. Quare crudelins etiam paruis morbum incidit. delictis penas statuere cepit. Et quadraginta Quadragin- ta scholasticos iuuenes ex clarissimis familijs Iudæo- ta scholasti- cos cum rum ortos, cum præceptoribus duobus præstanti- duobus præ- bus viris, viuos concremauit, eò quòd iusto dolore ceptoribus viuos con- ob prophanatam templum perciti, auream aquila- cremat. lam supra fores templi, in honorem Caesaris magnifice quidem, sed contra ritus gentis Iudaica extructam, facto impetu deiecerant.

(Zelum scholasticorum illorum prædicans Iosephus lib. 1. cap. 21.

ἀλώσεως siue de bello Iudaico sic scribit: καλὸν ὑπὲρ τῆ πατρίδος νόμος ἀποδυνήσκει, τοῖς γὰρ οὕτω τελευτῶσιν ἀθανάτοες τὴ ψυχῇ, καὶ ἢ ἐν ἀγαθοῖς αἰῶνσι αἰώνιος παραμύνη. Ibidem verò ipsi scholastici dicunt se cum gaudio proficisci ad mortem pro lege patria, ὅτι πλείων ἀγαθῶν ἀπολαύσοι μετὰ τῶν τελευτῶν.)

E

Fecit

Historiola Ecclesie,

Occidit Sa-
nedrim siue
Seniorum
Synedriion.

Fecit & alia multa crudeliter, de quibus hec
quog, recenset Philo Iudæus. Plato Iudæicus, quod
tricesimo anno sui tyrannici regni, hoc est, penul-
timo Sanedrim, hoc est, ordinarios iudices ex do-
mo Dauidis occiderit, & alios ex profelytis in
lege peritos ipsi substituerit. Et Salome mari-
tum de tribu Iuda, & filium, quem ipsi conu-
pepererat, interfecerit, eò quod diceretur Chri-
stus in lege ac Prophetis promissus natus esse ex
domo Dauid. Extat autem & in Euangelista

Interficit
pueros
Bethleemi-
ticos pro-
pter Chri-
stum.

Mattheo insigne crudelitatis eius exemplum,
vbi narratur quomodo ex Magorum indicio cer-
tior factus Messiam natum esse, infantes omnes
masculos in oppidulo Bethlehem & in vicino a-
gro trucidari iusserit. Eius facti testis est Ma-
crobius Latinus scriptor, qui inter iocos Augusti
etiam hunc commemorans inquit, cum audisset
inter pueros, quos in Syria Herodes Rex Iudæo-
rum intra bimatum iussit interfici, filium quog,
eius occisum, ait, melius est Herodis porcum esse,
quam filium.

Morbus
Herodis
fæuissimus.

Quin etiam putrescentibus intestinis, & car-
ne vermibus per totum corpus scatente, edicto
optimates Iudæorum, sapientia, opibus & auto-
ritate præstantes ex toto regno Hierichuntem,
vbi extreme decumbebat, conuocauit, quos obse-
cutos, regio mandato concludi in Hippodromo
iussit, tanquam cum ijs aliquid de regni consi-
tutione ante mortem acturus. Sed sorori Salo-
me eiusq,

Edificum
Herodis
Tyrannicū.

me eiusq,
primum
te, omni-
rent, hoc
beverur,
biti inter
pedimen-
lavis. Ho-
Regi fur-
functo, a
omnes Iu-
bi nec lib-
mani eius
Accio
tantis cr-
repto cu-
atum fe-
datio &
tanquam
carcere
res erige-
latum e-
quing, e-
fuisse, e-
ipse quo-
Hierosol-
nomen
septimo.
obscuro

ma eiusq; marito Alexa mandata dedit, vt vbi primum ipse expirasset, immissa pratoria cohorte, omnes istos potentes Iudeos interfici curarent, hoc querens, vt & populo luctus causa preberetur, Lataturo aliqui de regis inuisi miserabili interitu, & filij possessionem regni sine impedimentis tenerent, potentiissimis in populo sublatis. Hoc etsi tum quidem Salome & maritus Regi furenti se facturos dixerunt, tamen eo defuncto, antequam mors eius vulgo innotesceret, omnes Iudeos illos incolumes dimiserunt, nec sibi nec liberis Herodis tutum fore rati, huic immani eius edicto obtemperare.

Accidit autem, vt pertesus vita Herodes in tantis cruciatibus & putrefactione carnis arrepto cultro locum in pectore quereret, qua adactum ferrum lethale vulnus faceret, ac trepidatio & clamor per totam regiam exortus esset tanquam mortuo rege, & Antipater filius in carcere exultaret, atq; ad spes nouas & meliores erigeretur. Cum vero de eo ad Herodem relatum esset, e vestigio occidi iussus est. Et cum quinq; dierum spacio superstes filio Antipatro fuisset, violentia morbi aut e doloribus animi ipse quoq; extinguitur, cum post occupatam Hierosolymorum urbem regnasset annos 34. post nomen regium a Romanis acceptum trigesimo septimo. Vir crudelis in omnes equaliter, ex obscuro loco in summum honoris fastigium, in-

Herodes
necat in
carcere fili-
um Anti-
patrum.

Historiola Ecclesie,

Austria, largitionibus & amicitijs euectus, fortis
felix, domi calamitosissimus, tam populo quam
domesticis ob sauitiam & impietatem inuisus.

(Iosephus lib. 17. cap. 10. de He-
rode Magno. Ανις ὤμοσεν ὡς πέν-
τας θυαίως, καὶ ὄργης ὡς ἡρώων, κα-
είσωρ, ἃ δ' ἰμαίς. De morbi eius saui-
ria. lib. 1. belli Iudaici. cap. 21. Ανις
ἐν τοῖς κατ' οἶκον ἀτυχέστατος ποιητοῖς
πᾶσι διημεγίρετο αἰδοῖς σκεπτεσάνας
ἐκώληκα γεννώσσης.)

Tria Herodi
fuerunt
certamina.

Tria autem illi præcipua certamina toto gu-
bernationis tempore fuerunt. Primum cum fa-
milia Asmonæorum, quam extirpare radicibus
conatus est. Alterum cum populo Iudaico, quem
impatientissimam alienæ dominationis & saepe
recalcitrantem, tandem duro seruitutis iugo im-
plicuit, vt dictum est. Postremum & longe diffi-
cilius ac tristius cum domesticis suis, quos partim
innocentes occidit falsis inuidorum delationibus,
auscultatis suis suspitionibus, & cupiditati re-
gnandi indulgens, partim reuera insidias stru-
entes, in ipso facto deprehensos, supplicio affecti,
donec ipse quoq; ad extremum illis domesticis
arumnis magis quam ætate confectus occubuit.

Christus
nascitur.

Anno regni illius 33. vt aliquoties dicit Epi-
phanias, natus est in Betlehem ex Maria vir-
gine IESVS CHRISTVS redemptor nostrus,
qui agens iam secundum ætatis annum, mon-
strante

frante e-
entibus,
ceptus,
Herodis.
Testa-
hoc est,
ingi Aug-
quingua-
omnem si-
tribuit,
retinuit.

Vxor
habuit si-
bus dua se-
rosam sob-
ginta sex-
in vita pr-

Filios
Alex. andr-
vt dictum
Herodi tr-
rodes Am-
qui de reg-

Arche-
pelier at-
pulum à
gnati eo-
scholastic-
tam au-

ante angelo, parentibus in AEGYPTUM fugientibus, crudelitate huius grassatoris immanis ceptus, & inchoato principatu Archelai filij Herodis, in Iudaeam reductus est.

Testamento Casari Augusto mille talenta, Augusto hoc est, sex tonnas auri legauit, & Liuia con- tonnas auri tungi Augusti, filijs, amicis ac libertis Augusti sex legauit. quinquaginta talenta. Sed Augustus pecuniam omnem sibi legatam cognatis Herodis postea distribuit, pauca quadam vasa memoria causa retinuit.

Vxores Herodes more regum gentium plures Vxores He- habuit simul, decem autem in vniuersum, ex qui- rodis mul- bus dua steriles fuerunt. Reliquit autem nume- tx. rosam sobolem Herodes, qua intra annos septua- ginta ferme omnis est extincta, cuius bona pars in vita priuata permansit.

Filios autem Antipatrum, Aristobulum & Tres filij Alexandrum, propter suspicionem insidiarum, Herodis ve dictum est, occidit. Successorunt itaq; patri occisi. Tres Herodi tres filij adhuc superstites, Archelaus, He- superstites. rodes Antipas siue secundus, & filius Philippus, qui de regno paterno contenderunt.

Archelaus autem vix dum patris corpus se- Motus Hie- pelierat, cum motu in vrbe facto sua sauitia po- rotolymis pulum a se abalienauit. Nam cum quidam co- sub Arche- gnati eorum iuuenum, quadraginta videlicet lao. scholasticorum, quos supra dictum est ob deie- ctam auream aquilam viuos combustos esse in

Historiola Ecclesiæ,

Paschatis festo, cicumeuntes lamentando & blandiendopopulum concitassent, vt panam de quibusdam delatoribus sumi flagitarent, & sacerdotem summum circa finem vitæ ab Herode constitutum remoueri ab officio contenderent,

**Archelaus
sæuit in
plebem.**

Archelaus inmissis equitatu in multitudinem sedam stragem edidit, tribus millibus partim confosis, partim obrutis.

Post hunc tumultum ad tempus sedatum Romam contendit ad Augustum. Aduenerunt aliquantò post eodem ex Iudæa missi a populo quinquaginta legati, qui regum dominationem deprecabantur, & petebant Iudæam in prouinciam formam redactam à ducibus Romanis administrari.

Motus Hierosolymis & in multis partibus Iudææ.

Interim autem dum controuersiam cognoscit, & cum amicis de ea consultat Augustus, ingentes motus Hierosolymis primum, deinde in multis partibus Iudææ extiterunt, cum aliquot obscurissimi homines, freti absentia Regis, collecta latronum manu, regiam sibi potestatem ac insignia vendicare ausi fuissent, quo tempore Iudæa multis locis miserè vastata est incendijs &

Quintilius Varus Romanus dissipat in Iudæa latronum exercitus.

cadibus, donec virtute Quintilij Vari Ducis Romani dissipatis latronum exercitibus & seditionum autoribus, ad duo millia in crucem actis periculum decussum est. Ac hi tumultus per litteras à Varo duce Romano nunciati Romam, mouerunt Augustum, vt certamine de successione finit

to filios

to filios Herodis quam primum in Iudæam remitteret, & regnum patris filijs diuideret.

Porro Archelaus Iudæam tenuit annos nonem sine regio nomine, cuius mentio fit in Matthæo. Ac coniugio incesto se maculauit. Nam repudiata Mariamne coniuge, viduam Alexandri fratris interfecti à patre, ut dictum est, Glaphyram in uxorem duxit. Quare à legatis Iudæis iterum apud Cæsarem accusatus, Viennam Gallia relegatur, ibiq; exul moritur, nulla, que quidem nota sit, sobole relicta. Mortua est paulò antè Glaphyra, quam Archelaus in exilium missus est, conterrita somnio, quo visus est ipsi primus maritus impium connubium fratris explorare.

Archelai bona Romani Imperatoris fisco illata sunt, & regiones illius Etnarchie siue Ducatus Archelai administrati sunt aliquandiu per Romanos præfides, Pomponium, Marcum, & Animum Rufum, qui singuli binos annos Iudæam administrarunt, usq; ad mortem Augusti, cuius successor Tiberius misit in Iudæam Valerium Gratum, & post undecim annos Pontium Pilatum Gaium, qui & alia multa crudeliter fecit in Iudæa, & IESVM CHRISTVM saluatori nostrum ad crucis supplicium condemnauit, anno sue gubernationis septimo, Tiberij Imperatoris decimo octauo.

Herodes Antipas tenuit Galilæam, coniugem Herodes
E 4 habuit Autipas.

Historiola Ecclesie,

Antipæ in-
castrum con-
iugium.

Deus vin-
dicat iniu-
rta diuor-
tium Anti-
pæ cum
uxore.
Antipas in-
terficit Io-
hannem Ba-
ptistam &
contumelia
afficit Chri-
stum.

Antipas
condit vr-
bem in ho-
noré Tiberij
Imperatoris

habuit primum Areta regis Arabum filiam an-
nos amplius quindecim. Captus autem amore
Herodiadis, quæ filia fratris sui Aristobuli fuerat
interfecti à patre, & nuptia tunc cum fratre
Philippo erat, cum illa nuptias paciscitur, pro-
mittens se repudiaturum Arabicam mulierem.
Herodiadem itaq; cum filia Salome à fratre
Philippo abducit. Ea vero iniuria offensa Areta
filia, clam ad patrem in Arabiam aufugit, unde
postea luctuosum bellum exortum est. Nam
Aretas iniustum diuortium filie vindicaturus,
maximum exercitum contra Herodem misit, à
quo commisso prælio Herodis copie ingentes caese
sunt, Deo etiam apud gentes vindicante viola-
tionem fœderis & ordinis à se sancti. Hic He-
rodes Antipas etiã Iohannem Baptistam in vir-
culis aliquandiu habuit in oppido iurissimo
Macherunte, eò quod nesarium hoc connubium
cum fratris coniuge palam reprehenderat Ioh-
hannes. Tandem adultera Herodias arte per-
fecit, vt sanctissimus vir capite truncaretur.
Idem Herodes insidijs opprimere voluit Christum
quoq; in Galilea docentem, & postea missum ca-
ptum à Pilato cum contumelia à se dimisit, cum
noluisset Christus ipso petente & expectante
signum aliquod edere.

Post mortem autem Augusti, cum esset An-
tipas Tiberio Imperatori amicissimus, in eius
gratiam nouam urbem condidit, iuxta lacum
Genesareth.

Genesareth
verò desin-
tendisset
cum He-
tam. At
quod inca-
magnit-
rum Ioha-
gonis iur-
igitur he-
truncatu-
Iosum Ch-
brum ves-
sanuum r-
(A) I
Salome
ribilis e-
pore in-
pus mo-
eminen-
nus G-
verbis
filiam
trarat,
tur, ter-
eam, cu-
rupra g-
vt capi-
taret.

Genesareth, quam Tiberiadem appellauit. Cùm
 uero defuncto Tiberio Caligulam Imperatorem
 offendisset, mox ad exilium perpetuum deporta-
 tum cum Herodiade iussus est Lugdunum in Gal-
 liam. Atq; hanc poenam ambo meruerunt, eo
 quod in castis nuptijs commixti, deq; illius pecca-
 ti magnitudine admoniti, innocentissimum vi-
 rum Iohannem Baptistam, iniquo prætectu reli-
 gionis inuisurandi interfecerunt. Secuta est
 igitur hæc calamitas decennio ferè post ob-
 truncatum Iohannem, anno octauo postquam
 Iesum Christum uinctum ad se missum per ludi-
 brom ueste splendida donatum, ut hominem
 sanuum rursus à se abegit Herodes.

Antipas
 exulat cum
 Herodiade.

(A Nicephoro Græco scriptore
 Salomes filiæ Herodiadis exitus hor-
 ribilis describitur, nempe hyemis tē-
 pore in anne submersam, ita ut cor-
 pus motu aquarum subsiluerit, caput
 eminens glacie refectum sit. Cædre-
 nus Græcus scriptor de eadem his
 uerbis explicauit: Herodiadis, inquit,
 filiam Salomen, quæ saltando impe-
 trarat, ut præcurfori caput amputare-
 tur, terra uinam absorpsit. Alij ferunt
 eam, cùm in glacie palustri luderet,
 supra glacie ita in fundum decidisse,
 ut caput abscissum supra glaciem ex-
 taret.

Meminerant huius Herodis Mat-
thæus & Marcus. Et vulpes nomina-
tur. Ab Egesippo Græco autore tra-
ditum est, fugisse Herodem in Hispa-
nias è Gallia, & animi ægritudine ibi
consumptum.)

Philippus
frater An-
tipæ.

Philippus frater Antipæ tenuit Trachemiti-
dem siue Ituraam, quam summa cum laude ius-
ticia & moderationis tranquillissima rexit an-
nos 37. & adificijs exornauit. Nam ad fontes
Iordanis in Paneade, ad radices Libani montis,
vbi pater Herodes olim extructum templum
Augusto dedicauerat, urbem condidit, quam Ce-
saream Philippi nominauit, & ad lacum Gen-
sareth oppidulum Bethsaida maximis sumpti-
bus ampliatum & exornatum à coninge Augus-
ti Iuliam appellauit.

Philippus
condit vr-
bes in ho-
norem Ro-
manorum.

Salome
vxor Philip-
pi.

Huic Philippo scribit Iosephus matrimonium
iunctam fuisse Salomen Herodiadis filiam, vbi
tamen Euangelista Marcus contra Iosephum
habet, Herodiadem matrem Philippo nuptam
fuisse, & deinde abductam cum fratre cohabitasse.

Præfides
Romani gu-
bernant
Ethnarchi-
am Philippi.
Diligentia
Philippi in
iuredicēdo.

Mortuus est autem sine liberis & tetrarchia
eius Syriæ prouincia adiecta est à Tiberio, gu-
bernata deinde à præfidebus Romanis. Notabile
est autem, quod de diligentia eius in iuredicēdo
autorum monumenta prodidēre. Nam &
cum iter faceret, sellam, in qua causas audiret,
secum duxit, & si quis forte ex occursum opem

cius innoc
bat, aut
maximum
us cap. 14
Herod

Aristobulu
gno, vt sus
us Impera
quod fan
berius imp
Calsgula

lis eum ex
didemat
quas prin
donum a
pondus fe
fuerat. 9

ingentibu
cissim ali
fientia g
Accia

Agrippa
inter ciu
in eadem
res mult
nem (Iu
nymus e
Flaccum
rem Cal

cius inuocaret, ille sine mora posita sella reside-
bat, aut fontem damnaturus, aut liberaturus
innoxium. Meminere eius Euangelistæ Mattha-
eus cap. 14. Marcus cap. 6. Lucas cap. 3.

Herodes tertius cognomine Agrippa, filius
Aristobuli fuit interfecti a patre Herode Ma-
gno, vt supra dictum est. Hunc Herodem Tiberi-
us Imperator Romanus Roma carceri inclusit,
quod familiaris esset Caio Caligula, quem Ti-
berius imperij successorem sibi esse noluit. Postea
Caligula Imperium Romanum adeptus, vincu-
lus eum exemit, & interiectis paucis diebus regio
diademate ornatum præfecit illis regionibus,
quas prius Philippus tenuerat & Antipas, &
donum addidit auream catenam, æquantem
pondus ferreæ illius, qua in carcere constrictus
fuerat. Quare rebus in regno constitutis cum
ingentibus muneribus Romam repetit, vt vi-
cissim aliquibus se officijs pro tanta Caij muni-
ficentia gratum præstet.

Accidit autem illo tempore, quo Roma fuit
Agrippa apud Caligulam, vt oborta contentione
inter ciues Alexandrinos in Aegypto & Iudeos
in eadem vrbe habitantes, quemadmodum illa-
res multis verbis commemoratur apud Philo-
nenum (Iudaicum Platonem, quomodo D. Hiero-
nymus eum subinde nuncupat) in oratione in
Flaccum, legati vtrinq; mitterentur, ad Casa-
rem Caligulam, inter quos etiam Philo Iudeus
fuit.

Herodes
tertius A-
grippa Ari-
stobuli fili-
us.
Agrippa in-
carceratur.
Agrippa
donatus
aurea ca-
tena crea-
tur rex à
Caligula.

Contentio
orta inter
ciues Ale-
xandrinos
& Iudeos
eiusdem
vrbis.

Historiola Ecclesiaz,

Iudæi accu-
santur ab
Appione
Grammati-
co.

Iudæi nul-
las statuas
hominum
in synago-
gis suis to-
lerant.

Caligula iu-
bet statue-
re statuam
suam in
templo.

Petronius
iubetur sta-
tuam in
templo col-
locare.

fuit, cuius scripta eloquentissima in lingua
Græca adhuc plurima extant, superioribus an-
nis edita iusto volumine. Vbi cum Iudæi ab Ap-
pione quodam Græco homine & Grammatico,
contra quem Iosephus scripsit libros duos elo-
quenter & eruditè, atrociter essent accusati,
cum de alijs delictis, tum in primis de pertinaci
contemptu Imperatoris maiestatis, quod in to-
ta illa urbis parte, quam Iudæi incolerent, nul-
las statuas aut imagines Cæj tolerarent, sed ab
alijs positas cum summa contumelia mox reuel-
lerent, quasi furore correptus Caligula, stulti-
simum diuini honoris, Iudeorum legatos duriti-
ter à se repulit, & Petronio, quem sub initium
Imperij sui in Iudeam Præsidem miserat, per li-
teras mandauit, vt primo quoq; tempore statu-
am Imperatoris vel cum gratia Iudeorum, vel
vi armorum in templo Hierosolymitano & in
loco illius sacratissimo poneret, quæ res Iudæis
planè intolerabilis fuit.

Huic mandato vt obtemperaret Petronius,
cum suspicaretur rē difficilē fore, legiones & au-
xilia vndiq; quàm instructissima conuocat, &
cum validissimo exercitu ex Syria Ptolemæidem
usq; ascendit, vnde per legatos & literas Iu-
dæis causam infesti aduentus sui & mandatum
Cæsaris exponit, & petit, vt sibi cum volunta-
te populi imperata facere liceat potius, quam
vni experiri.

Hoc nuncio consternati Iudæi maxima Iudæorum
 frequentia ex urbibus & agris inermes accurrunt Ptolemaidem. & impij mandati executi-
 onem deprecantur, ostenduntq; se paratos ex- & preces,
 trem omnia ferre potius, quam permissuros, ut ne tem-
 plum Dei statua hominis imposita contra plum pro-
 legem diuinam polluat. Petronius contra phanetur.
 monet, ne sua pertinacia causam cedibus &
 rastiati totius regionis præberent. Cesaris
 leuera iussa alligat, eiusq; in se merita com-
 memorat, & implacabilem iram in parum ob-
 sequentes exemplis aliquot atrocissimorum sup-
 pliorum exponit. Se quidem cupere tanta
 multitudini parcere, sed in presentia rationem
 nullam esse, quin cogatur voluntati Imperato-
 ris satisfacere, cuius iussa nemo sine suo horren-
 do exitio neglexerit. Quare se quoq; capitis di-
 scrimen præliando cum tota gente aditurum,
 quam mandata sui Imperatoris contempsisse
 videri. Tum multitudo instare & orare, ut da-
 ret veniam religioni ipsorum & iusta constan-
 tia, si Deum conditorem cæli & terræ plus ti-
 mentes, & illius horrendâ iram ob violata præ-
 cepta aliquoties experti, nunc huic impia po-
 sulationi Imperatoris sese opponerent, cum
 esse Petronius palàm fateatur, se vnum ho-
 minem, cuius tamen vita in incerto sit, tanto
 perire metuere, ut sibi illius mandata non existi-
 met tutum violare.

Hanc

Historiola Ecclesie,

Petronius
cunctanter
agit in ex-
equendo
mandato
Caligulae.
Iudeorum
pietas &
zelus.

Hanc gentis obstinationem miratus Pe-
tronius, & demissa concione anxius animi in-
certusq; quid faceret, convenitur ab Aristobolo
Agrippae Regis fratre & alijs principibus Iudae,
& privatim monetur & rogatur, ne propter Im-
peratoris nefarium mandatum tanta multitu-
dinis innocentis sanguine se contamnet, & Im-
perio Romano sempiternam crudelitatis inau-
dita & notam inurat, deleta tota gente obnegati-
statae locum in templo sacratissimo, quem ho-
norem diuinum nemo sanus expeteret, & multi
oblatum vltro sapius detestati sint.

Scriberet igitur ad Imperatorem, & gentis
pertinax studium in defensione doctrina & cul-
tuum diuinitus traditorum aperiret, & quibus
modis posset animum Caii a crudeli sententia
deduceret. Quod si ferus Imperatoris animus
non flecteretur, tum demum, si liberet, armis ven-
tentari posse.

Iudeorum
constantia
in professio-
ne religio-
nis.

Petronius vt propius res Iudeorum explora-
ret & animos acrius pertentaret, Tiberiadem
cum exercitu proficiscitur, quò rursus multa
myriades Iudeorum confluerunt, emixtae pro-
phanationem templi deprecantes. Ibi Petroni-
us: Ergo bellum geretis (inquit) cum Caesare,
neg; Imperij Romani potentiam metuentis, neq;
cogitantes, quam vestrae vires non sint parae
tantae molis sustinendae. Non quidem armis dis-
mabant Iudae, tanta potentia resistemus, sed
omnes nos p-
rolemus co-
sacratissim-
cuius hoc a-
prabentes
Petroni-
obfirmatis
quam tem-
cultur am-
tempore m-
erant, re ca-
Caium Im-
tur vndiq;
titudinem
equitatu in-
de mandati
de allarum
de suo & i-
non sunt.
satis fieri I-
neglectoru-
titudo vn-
Dei mand-
ricop, in-
d vnc. p. 200
sugera mo-
ris omni-
pro libidine

hunc nos potius mactari sinemus, quam cernere
 volemus contra legem Dei statuam Caesaris in
 sacratissima templi nostri parte collocari. Et
 cum hoc dicto sese humi prosternunt, cervices
 prebentes percussuris.

Petronius postquam vidit Iudeos animis adeo
 obfirmatis & inuictis, citius vitam amissuros,
 quam templi violationem admissuros, & agri-
 culturam totos quadraginta dies neglexisse,
 tempore maxime necessario, quo agri conserendi
 erant, re cum amicis deliberata, scribendum ad
 Caium Imperatorem censuit. Conuocatam igitur
 vniuersam ad urbem Tiberiadem Iudeorum mul-
 tudinem, terrorisq; causa armato milite &
 equitatu instructo ab omni parte cinctam denud
 de mandato seuerissimo Imperatoris Romani,
 de aliarum gentium in eadem causa obsequio,
 de suo & ipsorum periculo edocet, si imperata
 non fiant. Quare hortatur Iudeos, ut patiantur
 satis fieri Imperatori iracundo & seuo vindici
 neglectorum mandatorum. Sed cum tota mul-
 tudo vna voce exclamaret, pluris se facere
 Dei mandata, quam hominis imperium, Βελ-
 τριον, inquit, ἀνδραπίνης μηχανῆς καὶ
 δυναμῶος ἢ κατὰ θεοῦ δὴσσοῖα, nec de-
 fugere mortem ferirent modo Romani, & oc-
 cis omnibus Iudais templo vacua vterentur
 pro libidine.

Petronius
 expugnatus
 constantia
 Iudeorum
 mandatum
 Caligulae
 non exequi-
 tur.

Ibi demum

Ibi demum commotus misericordia Petronius, facto rursus per praconem silentio. Quandoquidemigitur (inquit) decretum vobis est mortem oppetere potius, quam Dei vestri legem violare, non ego is esse volo, qui templum vestrum, pro quo vos tantopere laborare video, impia obedientia polluam, aut Imperatori meo tam crudelis administer sim, sed me potius vestri periculi vltro participem faciam, quam tanta multitudinis innocenti sanguine meam incolumitatem redimam. Quare fruemini ista pietate vestra, & ad agrorum culturam diu inermissem reuertemini, ego, quod potero, conabor per literas & per amicos vos purgare, & Imperatorem de concepta animi sententia dimouere. Vbi si quidem in me iratus Cesar asperius statuerit, libenter illud perferam, dum modo sciam meo interitu tantam gentem in tam pio studio periclitantem conseruatam esse. Vos Deum comprecemini, helisset bitter/ vt hoc, quod molior vestre salutis causa, nobis omnibus feliciter euemat. His auditis Iudæi vehementi gaudio perfusi, honorificis acclamationibus Petronij pietatem prædicabant, eiq; fausta omnia precabantur, ac pro felici successus omine accipiebant largissimum imbrem, qui dimissa concione subito decidit, cum toto illo die & mensibus aliquot præcedentibus calum constanter serenum æstu diuturno ariditate torruisset.

Hæc

Hæc dicitur
qui Romam
cognouera
pium Caium
ciarum ac
facile inte
quid hos t
est, vt qui
audacter p
pa Caium
cupletatio
vt veniam
pena non
plum Hic
amico Ca
in Syriam
data exeq
fit volent
relinquat
passus sit,
Sed pa
pisset de
agere seren
suo, scribit
acerbissim
mortis ger
pii Imper
vnd vult
bus Roman

Hæc dum in Iudæa geruntur, Rex Agrippa, Rex Agrippa qui Roma motum gentis suæ & causam illius cognouerat, magnificentissimo conuiuio acceptum Caium prouocare omnibus generibus deliciarum ad hilaritatem studuit. Cumq; Caius facile intelligeret, Agrippam captantem aliquid hos tantos sumptus fecisse, vltro hortatus est, vt quicquid sibi ab Imperatore tribui vellet, audacter posceret, securus repulsa. Tum Agrippa Caium expectantem petitionem de regni locupletatione hoc vnum longa oratione rogauit, vt veniam daret Iudaico populo, si metu diuine pænæ non reciperet statuam ipsius intra templum Hierosolymitanum. Hoc cum denegare Caligula amico Caius non auderet, scribit ad Petronium in Syriam, collaudans eius officium, quod mandata exequi studuerit, & addit, si iam collocata sit volente populo statuam in templo, vt eam ibi relinquat. Sed si populus eam nondum introduci passus sit, nihil violentum conetur.

Sed paulo post cum literas à Petronio accepisset de motu gentis Iudaicæ, mutato animo agere ferens nullam vim esse tentatam à duce suo, scribit Petronio, vt nisi Romam pertractus acerbissimis cruciatibus excarnificari velit, sibi mortis genus eligat, quo ipse pœnas à se contempti Imperij exigat, solt sich selbs eruirgen vnd vmbbringen / vt fuit solenne Imperatoribus Romanis & principibus præcipere de genere aliquo

pa conuiuio
splendido
accipit Ca-
ligulam.

Caligula
exoratus
ab Agrippa
parcit Iu-
dæis.

Caligula
inittatur
mortem
Petronio,
propter
neglectum
mandatum
destatua
sua.

Historiola Ecclesiz,

aliquo mortis ijs, quos oderant propter quam-
cung, offensam.

Petronius
feruatur di-
uinitus à
Caligula,

Diuinitus autem accidit, vt hanc atrocem e-
pistolam deferens nauis aduersis tempestatibus
impedita sit, & alia litera cirius in Iudæam per-
ferrentur, quibus nuntiabatur interitus Caligula
scdissimus, sed tali portento dignissimus, paulo
post scriptas ad Petronium literas illas imma-
tes, interfecti à Cherea & alijs conuatis cum
coniuge & filia, de quo extat longa narratio
apud Suetonium in Caio Caligula. Et Petronius
cognita nece Caij, iam liberatus metu, demum
accepit alteras mortē imperantes. Vnde agnoui-
uit, se diuina ope seruatum esse ob beneficia in
gentem Iudaicam. Hanc de Petromo narratio-
nem claudit Iosephus lib. 18. ἀρχαιολογίας
cap. 11. hac sententia. Θεός οὐκ ἐμνημόνευ-
σεν ἔμελλεν πᾶσι τοῖς κινδύνοισι, οὐδὲ ἀν-
δείψαι ἐπὶ τῇ τῷ Ἰσδ' αὐτοῦ χάριτι καὶ
τιμῇ τῇ αὐτῷ.

**Regi Agrip-
pæ regnum
augetur.**

Postea Claudius per milites Imperator salu-
tatus, adiecit Agrippæ Iudæam, Samariam, &
reliquas omnes partes, quas auus Agrippæ Herodes
Magnus tenuerat, insuper etiam Lyfamete-
trarchiam Abalam addidit ac Cilicia partem &
Comagenam. Fratri verò Agrippæ Herodis quar-
to Chalcididis regnum tradidit. Ita magnifice de-
natus Agrippa, primo anno Imperij Claudij in
Iudæā reuertitur, & Deo gratias acturus Hiero-
solyman

**Frater A-
grippæ He-
rodes quar-
tus.**

Cum tre-
Agrippa
brauit se-
ris ludis
saris.

solyman
brata fest
Caligula
diuina lib
Dehin
sus est tan
veritus,
desicere
tum opus
erga sub
gis super
lis Christ
ret sacer
los Chris
Iohannis
trum Ap
mori pro
Sed quom
liberatus
rum, vbi
scribit.
ea, qua I
quenti s
pa narra
Cum tre
Agrippa
brauit se
ris ludis
saris.

solymam ascendit, ibi maximis impensis celebrata festiuitate auream catenam donatam à Caligula monumentū suarum calamitatum & diuina liberationis in templo suspendit.

Dehinc urbem Hierosolymā munire aggressus est tanto apparatu, vt Claudius Imperator veritus, ne fiducia tanta munitionis aliquando deficerent, per literas Agrippā absolueret institutum opus prohibuerit. Munificentissimus etiam erga subditos fuit, & in primis traditionum legis superstitiose obseruans. Eas cum ab Apostolis Christi conuelli audiret, vt sibi magis conciliaret sacerdotū & vulgi studia, cum alios discipulos Christi interfecit, tum Iacobū quoq; fratrem Iohannis, filium Zebedæi supplicio affecit, & Petrum Apostolū in vincula coniecit diebus Azymorū producendū transactō festo ad populum. Sed quomodo Petrus ob assiduas preces Ecclesie liberatus sit, copiose narrat Lucas cap. 12. actōrum, vbi & tristē exitū huius Herodis Agrippa describit. Congruunt autē cum illa Luca historia ea, quæ Iosephus Iudæus, sed Græc⁹ scriptor eloquentissimus & doctissim⁹ de morte huius Agrippa narrat, quæ se in hunc ferè modum habent. Cum tres annos iam Rex totius Iudææ fuisset

Agrippa Rex catenā auream suspendit in templo. Agrippa Rex munit Hierosolymam.

Agrippa Rex interficit Iacobū & coniecit in viticula Petrum.

Superbia Agrippa regis.

Historiola Ecclesia,

theatrum progreditur, indutus veste tota intertexta argenteis filis mirabili artificio, in quam cum radij solis inciderent, splendorem ex reflexu reddebant tam illustrem, ut oculi intuentium perfringerentur fulgore vestis. Quare assentatorum aliqui Regem concionatam interpellantes, acclamationibus Deum appellabant, & veniam petebant, quod hactenus eum ut hominem tantum timuerint, cum nunc supra humanam naturam augustiorem ipsius speciem cernant.

Mors triftis Agrippæ regis.

His vocibus cum non offenderetur Rex, neque assentatorum impios clamores compeferet, subito intestinorum acerrimo dolore correptus, egregè in regiam est delatus, ubi post maximis cruciatus quinto die extinctus, penas dedit crudelitatis, qua in membra recentis Ecclesia Christi seuerat, erga alios homines tam exteros quam gentiles benignissimus simul & mitissimus. Regnavit autem in vniuersam annis ferme septem & obiit anno duodecimo post resurrectionem

Regnum Agrippæ regis administratur à Præfide Romano, Cuspius Fadus Præfes Romanus. Berenice & Drusilla.

Christi. Cum vero filius eius Agrippa decem & septem annorum iuuenis nondum maturus & idoneus Imperio esset, regiones eius omnes demum in prouincia formam reductæ sunt, & missus est Fadus, cum reliquisset Agrippa præter filium Agrippam filias etiam Berenicen & Drusillam.

Herodes

Herodes Magni Claudio. Magni, cum dicitur, corporum ornamentis significibus Herodes rogauit, ut orgentia collatum petentis curam pio Hierosolymendi ab aliquas canones, que sacerdotibus possessione Cuspidas quida eduxit ad pedibus equitibus catum illum meminit Fado Alexandri in Iudea

Herodes quartus frater Agrippæ prioris seu Herodes magni Chalcididis regnum obtinuit in Syria à Claudio. Post mortem fratris autem Agrippæ quartus frater Agrippæ.

Magni, cum missus esset in Iudæam Cuspius Fadus, iug, conatus fuisset custodiam stola & reliquorum ornamentorū summi sacerdotis à Pontificibus ad Romanos Præsides transferre, hic Custodia Herodes rogatu Iudæorum profectus Romanam stola.

causam quidem Sacerdotum adiuuit, & obtinuit, ut ornatus summi sacerdotis fide & diligentia collegij Sacerdotum custodiretur. Ceterum petijt & impetrauit à Claudio, sibi mandari curam & custodiam sacra pecunia in templo Hierosolymorum, & potestatem fieri remouendi ab officio summos sacerdotes, ob graues aliquas causas, & substituendi alios magis idoneos, quæ res quaestuosissima erat regibus, cum sacerdotes maximis largitionibus certarent de possessione Pontificia dignitatis.

Cuspio Fado autem in Iudæa Perside, Theudas quidam præstigijs deceptam multitudinem eduxit ad Iordanem, pollicitus se diuiso flumine pedibus eos traducturam esse. Sed Fadius missis equitibus viuum captum Theudam occidit, & catum illi adiunctum dissipauit. Theuda huius meminit Gamaliel in actis Apostolicis.

Fado successor missus à Claudio Tiberius Alexander, sub quo extitit illa horrenda fames in Iudæa, quæ ab Agabo prædicta fuit. Actor. II. di successor.

Historiola Ecclesiæ,

Fames horrenda in Iudæa.

Herodes Chalcidis Rex moritur.

Agrippa posterior, prioris seu magni Agrippæ filius.

Potestas custodiendi thesauros templi tradita Agrippæ.

Cumanus mittitur successor Alexandri,

Et fuit circa annum Claudij sextum vel septimum. Eam liberalitas Helene liberauit aliquantum, importato frumento ex AEGYPTO, & sicis ex CYPRO. Miserunt autē Ecclesiæ Græcæ & Asiaticæ collatas pecunias ad alendos in Iudæa fratres laborantes. Anno autē octauo Imperatoris Claudij Herodes Chalcidis Rex moritur, & habuit duas coniuges, priorē Mariannem, alteram Berenicen, fratris Agrippæ Magni filiam.

Agrippa posterior Agrippæ prioris seu Magni filius adolescentulus erat, cum pater Agrippa moreretur, vt dictū est, ideoq; propter aetatem non mox patri successus est in regno, sed quinquennio post obitū patris, mortuo Herode patre, id est, Agrippæ fratre patris sui, qui in Chalcide regnauerat, à Claudio Imperatore regnū Chalcidis accepit, agens annum etatis vigesimū secundum, vnā cum potestate ea, quam pater habuerat, custodiendi thesauros templi Hierosolymitani, & creandi summos sacerdotes, quā potestate strenuē est vsus Agrippa. Nā breui intervallo aliquot summos sacerdotes in ordinē redegit, substitutis alijs pro arbitrio, quod illa res admodū lucrosa & questuosa esset praesidibus, cū sacerdotia plerunq; ab illis redimerentur gratis vi pecuniae.

Sub initium regni huius Agrippæ Tiberio Alexandro Praesidi missus est in Iudæam successor Cumanus, qui durit er afflixit Iudæam, in qua

nia iam v
st. interitū.
re. cobors m
ret. quarto
bitus iuda
sacris occu
Den hinde
conuictis in
quod hanc
plicis vind
sacra Iu
ræq; alia
dæi à Pl
alijs scri
chrū. D
werē die
cifsimis
viderēt
manis, I
nus, Iul
Porro
dignē fere
tuens, mo
clam acc
dissent, t
serūt, vt
platearū
xus obtri
fuit. Sub

nia iam vergebant ad eum, qui postea secutus Petulantia
 est. Ant eritū. Nam cum in festo Paschatis pro motu militū Cu-
 re cohors militū iuxta templum in excubijs sta- mani.
 ret, quarto die Azymorū quidā ex Romanis mi-
 libus nudatas obscenas corporis partes populo
 sacris occupato obuertit, weiset den Leuten
 den hinderit. Ea contumelia irritati Iudaei,
 consuetijs incesse caperunt Cumanū Praesidem,
 quod hanc militum impietatē non atrocib⁹ sup-
 plicijs vindicaret. (Ludos autē faciebant
 sacra Iudæorū Romani milites & ple-
 racq; alia gentes. Hinc exagitantur Iu-
 dæi à Plutarcho, à Tacito historico &
 alijs scriptoribus, vt est suū cuiq; pul-
 chrū. Die Römer meineren ire Religion
 were die beste. Hinc Christianos atro-
 cissimis supplicijs affecerunt, quod
 viderētur dissentire in religione à Ro-
 manis, Nero, Diocletianus, Domitia-
 nus, Iulianus.)

Porro Cumanus Praeses & probra populi in- Viginti ho-
 digne ferens, & vim concitatae multitudinis me- minum mil-
 tuens, mox legiones armatas vnā cum equitatu lia Hieroso-
 clam accersit, quæ cum de improviso se ostē- lymis inter-
 dissent, tantū terrore inermi multitudini incul- ficiuntur.
 serūt, vt orta trepidatione & fuga in angustijs
 platearū supra viginti millia hominū vtriusq; se-
 xus obruta sint, vnde maxim⁹ luct⁹ in tota gēte
 fuit. Subsecut⁹ est statim alius tumult⁹, mitiore

Historiola Ecclesie,

Pagi in Iudæa diripiuntur à Cumanis.

Codex sacer discerpitur in publico à Cumanis milite.

Miles securi percuditur

Cædes vtrinq; multæ fiunt in Iudæa.

Quadratus Syriæ Præses.

tamen euentu. Iudæi quidam latrocinantibus Claudij Imperatoris ministrum Stephanum in via publica bene multatum rebus omnibus spoliauerunt. Cumq; autores explorari non possent, iratus Cumanus in tota illa vicinia, vbi id facinus commissum fuerat, omnes pagos diripi iussit.

Hoc facto cuidam militi in prada oblatum est librum continens Moysi & Prophetarum scriptas, quem ille per ludibrium prolatum in publicum inspectantibus Iudæis totum discerpit. Ibi concursu facto, ingens multitudo Iudæorum Casaream proruit, vbi erat consueta sedes Præsidum Romanorum, & autorem huius impij facti ad pœnam depoposcit. Quem nisi Cumanus suscipere quorundam, vt populo ira furenti satisfaceret, securi percussisset, non fuisset ille motus sine multo sanguine sedatus.

Postea cum aliquot Galilæi ad festum Hierosolymam ascendentes à Samaria incalis essent interfecti, plurimæ cædes vtrinq; aliquandiu factæ sunt, dum vtraq; pars studio vindicandi semper recentissimas iniurias latrocinantium more ferro & igni obuia quaq; deuastat. Eam gratificationem vicinorum cum corruptis pecuniæ Cumanus non conaretur compescere, accersitus ab altera parte Quadratus Syriæ Præses, causam cognita, & occisis tumultus autoribus, Cumanum Romam mittit ad dicendam causam male administratæ provincie. Eum crudelitatis & auaritiæ conuictum Claudium loco Præsidis, quod Ab eo tunc in riore loco Præsides, quibus oburgatum men metuore audeat tudine a summum mos desistat turba facit semel succedente quando a iam sua cunctis cum metu omnere satius audacia fidis per Grassi, et si in plicio sublum incertum, vt possit. Quod dijs summat erat pec

ritia conuictum Claudius in exilium eiecit, & Cumanus
 Claudium Felicem Pallantis fratrem Cumani in exilium
 loco Praesidem Iudæa & Samaria fecit. mittitur.

Ab eo tempore usq; indies res Iudaicæ dete- Felix præ-
 riore loco esse cæperunt, orto principio à Felice ses.

Praeside, qui cum ob rapinas & alia scelera esset
 obviuatus à Ionatha summo sacerdote, nec tam-
 men metu populi eum excutere Pontificia digni-
 tate auderet. subornauit sicarios, qui cum mul-
 titudine ad festum ingressi Hierosolymam, & Sicarij mul-
 summum sacerdotem Ionathan & alios pluri- tos impune
 mos designatos adeo occultè occiderunt, vt in interficiunt.
 turba facile laterent. Hic conatus cum sicarijs
 semel successisset, postea in omnibus festis ali-
 quando ab alijs mercede conducti, aliquando et-
 iam sua cupiditate aut odio impulsu, idem faci-
 unt cum miserabili strage bonorum virorum &
 metu omnium patrare sunt ausi, cum nemo ca-
 uere satis quenquam posset, adeo in multos illa
 audacia spe impunitatis ob negligentiam Prae-
 sidis peruaserat.

Grassabantur etiam in agris latronum glo- Globi latro-
 bi, et si multos illorum Felix comprehensos sup- num in a-
 plicio subyciebat, sed ita tamen erat illud ma- gris Iudææ.

lum incuria Praesidium priorum quoq; confirma-
 tum, vt nulla seueritate poenarum tolli amplius
 posset. Quin etiam fouebantur latrocinia dissi-
 dijs summorum sacerdotum, quorum vt quisq; summorum
 erat pecunia instructior, ita alebat maiorem cir- sacerdotum.

Historiola Ecclesiæ,

ca se perditissimorum nebulonum manum, quorum opera aduersarios suos occultis insidijs opprimere conabatur.

Paulus Apostolus Hierosolymis capitur.

Anno 15. Imperij Claudij Paulus Apostolus Hierosolymis captus & Casarea abductus, causa coram Felice & Drusilla dixit, ut refert Lucas Actorum cap. 24.

Præfidum Romano- rum auaritia.

Quæ deinceps quoque Felix saepe accessitum audiuit, sperans Paulum pecunia se redempturum.

Paulus biennium totum in vinculis.

Nam hoc agebant magno studio Præsides omnium prouinciarum, ut pecuniâ extunderent cum omni occasione, vnde cumq; etiâ, ut domum ditati & locupletati plurimum tanquam ab auresse aliquando redirent. Sed cum biennium totum in vinculis eum habuisset, decedens ex India reliquit Paulum vinctum in gratiam Iudeorum, cum Præsides vbiq; captarent magno studio tantum ea, quæ videbantur sibi quoquo modo commodare.

Regnum augetur Agrippæ.

Extincto Claudio Cæsare anno Imperij 14. Nero sextus Imperator Romanus, sub initium Imperij sui Agrippæ regnum auxit, addita parte Galilææ, quæ admodum Claudij eidem tradiderat Trachonitidæ & Chalcidis regnum. Et Portium Festum mox in Iudæam misit, reuocato domum Felice, quæ subsequenti Cæsarienses de crudelitate, rapacitate & alijs sceleribus accusarunt. Sed Felix Pallantis fratris artificio liberatus euasit.

Felix Præsides à Iudæis accusatur.

Portius Festus Præsides

Portius Festus statim ut in Iudæam venit, Paulum captiuum audiuit Casarea, accusantibus Iudæis,

Iudæis, quæ memorantur

diu facerentur

Neroni. Paulus salutem

cum sorore

to suo adde-

nō adesset

ctus Paulus

lentia orat

vt regis iu-

pronocasse

Paulus cum

tentia am-

Apostolica

exponunt

Agrippa

offendit sa-

adificio in-

terat omni-

pli à sacer-

gereretur

latus ter-

quo non re-

spectum a-

taret nou-

dores per-

obinuer-

a cerdot-

Iudeis, quæ cum vellet Hierosolymã mittere, vt audit Paulus memorant acta Apostolica, Paulus rabie & insulsum captiuum.

Neronẽ. Paucis diebus interiectis, cum noui Præ-Agrippa stis salutandi causa Agrippa quoq; Casaream audit Paulum eum sorore Berenice venisset, qua mortuo maritum Ap- suo adeo familiariter cum fratre viuebat, vt stolum. no adesset incestæ consuetudinis suspicio, productus Paulus corã ijs quoq; suã causam egit luculentæ oratione, qua innocentia suã ita probauit, vt regis iudicio existimaretur dimitti posse, nisi prouocasset ad Casarẽ. Nõ multò post mittitur Paulus cum alijs captiuis Romã ad dicendã sententia anno primo Imperij Neronis, vt illa acta Apostolica per multa capita commemorant & exponunt.

Paulus captiuus mittitur Romam.

Agrippa inde profectus Hierosolymã grauius offendit sacerdotes, extracto alijsimo quodam grauius offendit edificio in regia domo, vicina templo, ex quo potenterat omnia videre, qua in interiore parte templi à sacerdotibus in administratione sacrorum gereretur. Id verò nefas arbitrati sacerdotes, ad latum templi murum æquẽ altum excitârunt, quo non modò templi, sed etiam partis vrbis conspectum ademerunt Agrippa. Cumq; Rex flagitaret nouum murum templi iterum dirui, sacerdotes per Poppeam Augustam Neronis coniugẽ obtinuerunt, vt eam in templo adificationem à sacerdotibus factam Nero approbaret.

Quare

Historiola Ecclesie,

Ananias sacerdos impius.

Quare indignatus Agrippa remoto summo sacerdote Iosepho succedit Ananiam, ex factione Sadducaorum hominem audacem & crudelem, qui, cum mortuus esset in Iudæa Festus præses, & Albinus successor in itinere diutius haberet, nactus occasionem, cum in alios pios homines saui-

Iacobus Iosephi filius de templi muro præcipitatur.

tiam exercuit, tum Iacobum Iosephi filium, fratrem Domini nostri Iesu Christi ex alia matre, virem omnium Hierosolymitanorum iudicio præstantissimum, innocentia vitæ & pietate, præcipitatum de templi muro lapidibus obrui iussit, circa 60. annum post Christi natalem. Ob hoc

Ananias remouetur ab officio.

indignum facinus accusatus coram Agrippa, metuentem Romanum præsidem Albinum iam ascendentem, & populi iram, ab officio est deiectus, cum tres menses tantum summo sacerdotio præfuisset. Sed ne sic quidem desijt Ananias sauire

Ananias alitficarios.

in suos collegas. Nam cum esset potentissimus, plurimos habuit conductos latrones, quorum operam non utebatur tantum ad tollendos occulte aduersarios, sed etiam per eos effractis horreum decimas sacerdotum ibi repositas diripuit, idq; cum saepe & impune faceret, multi ex grege sacerdotum iuniores fame perierunt.

Albini incredibilis auaritia.

Albinus auaritia insatiabili inflammatum, more Præsidentum Romanorum, quibuscumq; etiam terris & provincijs præessent, neglectis omnibus rebus alijs in hoc vnum studebat, vt quibus posset modis opes cumularet. Quare & in pontificum

aliquid largientium sceleribus omnibus connuebat, & captos latrones, si à parentibus & cognatis redimerentur pecunia, dimittebat. Ita tota Iudæa breui tempore facinorosorum multitudine repleta, agebatur & ferebatur sine vindice, neq; erat vllum flagitium tam atrox, cui non veniam pecunia impetrare posset, erant q; hæc singula & vniuersa paraſceue ad ventura mala & euersionem tristissimam gentis Iudaicæ, quod ipse exitus suo loco declarabit.

Huic hirudini successor missus est Gessius Florus. Is demum Albini rapinas ita superauit alijs maioribus sceleribus, vt innocens præ illo Albinus visus à Iudæis desideraretur. Adèò hic non occultis artibus, vt antecessor, sed aperta vi etiam insuper exultans rapiebat, faciebat, statuebat, quæ libuerant, idq; vnum agere videbatur, quasi ad hoc ipsum fato Iudæorum missus, vt eos irritatos iniurijs & excacatos cupiditate vindictæ in exitium præcipitaret. Εἰς μόνον τὸ λυσιτελεῖς τὸ ἐκ τῶν ἀεργαγῶν ἀποβλέπων, inquit Iosephus. Ac de Iudæis iterum inquit, πεπλήρωτο γὰρ ὑπὸ τῶν ἡρώδων ὁ τῆτε πόλις καὶ αὐτοῖς ἴδιον παρῆν.

Adiuuabat eum, quod tota regio plena erat latronibus. Et iam à multis annis plurimi in populo extiterant, qui bellum expetebant, vel spe acquirenda dominationis, vel pertasi tyrannici Imperij Romanorum, & stulto zelo libertatis recuperanda.

Iudæa repleta facinorosorum multitudine.

Gessius Florus succedit Albinus. Gessij Flori mores.

Tota regio plena latronum.

Historiola Ecclesie,

recuperanda. Ac aduenerat iam tempus præditi à Christo & prophetis interitus totiq; ministrum & politia per Moſen diuina autoritate conſtituta, cum iam eſſet exhibitus Meſſias, propter quem vtrumq; fuerat ad hac vsq; tempora diuinitus conſeruatum.

**Initium
belli Iudai-
ci.**

Quare ſub hoc Geſſio Floro anno poſt Chriſtum natum ſexageſimo octauo, poſt crucifixum & reſuſcitatum triceſimo quinto, Imperij Nerone duodecimo, regni huius Agrippæ decimo ſeptimo, triennio ante Paulum Apoſtolum à Nerone interfectum, exarſit bellum, Iudais à Romano Imperio deficientibus, orto principio in vrbe Caſarea, quæ fuit ſedes Præſidum Romanorum. Huius belli initia, cum reſtinguere Florus facile potuiſſet, maluit ſtammam ſemel exortam alere & excitare irritando ſemper magis Iudaos, & aliam iniuriam ſuper aliam cumulando, donec tandē incendium acceptis viribus longius graſſatum vaſtitate extremam in Iudæa effecit.

**Agrippa
dehortatur
Iudæos
à bello.**

Sub initium deſectionis Agrippa Rex multū occupatus fuit, vt Iudæos à ſurioſa cupiditate bellandi ad tranquillitatis amorē reuocaret & ſteteret, vt pacē & delictorum veniā à Romanis peterent, quæ tum mediocribus conditionibus impetrari haud difficile potuiſſet, cum manifeſtum eſſet, ipſos nō prorsus nullas rebellandi caſſas habuiſſe, propter intolerabiles contumelias Flori. Sed non modò nihil aequi impetrare potuit

Agrippæ

Agrippa, verum etiam conuicijs proficissus, ægre
 vim Iudeorum effugere potuit. Ac extat oratio
 Agrippa eloquens, disertâ, copiosa & neruosa, sin-
 gulari verborum splendore Græcè exposita &
 commemorata à Iosepho Iudaico Lirio, vt ipsum
 D. Hieronymus solet nominare: vnde planum fit
 nihil non ipsum conatum, vt ab interitu presen-
 te vindicaret gentem Iudaicam. Inter cetera
 dicit frustra resisti Romanis, excitatis diuinitus,
 quorum imperium ab ipso Deo fit conditum. lib.
 2. ἀλώστωσ cap. 18. δ' ἵχα θεῶσ ἡνα τοι-
 αῦτω ἡγεμονίαν ἀδ' ὑνατορ, patienter itaq;
 ferendos οὐδέμ γούρ οὐτω ὡσ τὸ φέρει τὰς
 πλὴγὰς ἀνασείλλει.

Oratio A-
 grippæ ad
 Iudæos de-
 hortatoria.

Verum iniquitas Amorraeorum erat com-
 pleta, hoc est, Iudæi erant maturi ad pœnam, ac
 tempus Visitationis neglectum iam præterierat,
 Sie hatten ihr glück vnd heil verlasset
 vnd verschlaffen.

Cum igitur videret Agrippa, suos gentiles
 ardore belli excacatos ruere impetu quodam ad
 interitum capisse, se ab ipsorum rabioso conatu
 seiunxit, & profecto in Iudæam Vespasiano ad
 compescendos rebelles auxilia misit, prospiciens
